Item nota quod apponere d. clausulam Non obstante est de reseruatis Principi Resta. Castel. de Imper. q. 110. in princ. in 11. reseru. in v. 16. trac. 76. col. 4. in fine.

Alia de hac clausula vide in c. 159. nu. 90. & in seq. nu. 79.

79 ET SPECIALITER NON OBSTAN. L. 1. C. DE NAT. LIB. &c. Per quam disponitur in legiptimos omnino esse incapaces successionis de cuius legis intellectu vide ibi DD. Lud. de Sar. de Nat. lib. p. 3. in cap. Caut. circa legipt. num. 12. in v. 8. p. 2. tract. 45. vide quos refert Colombet. in tract. consiliat super Cod. ad d. l. 1. & Alfan. in sua Collectanea ad dict. l. quæ incipit Senatores numero 221.

Quid an dicta clausula non obstante debeat adesse in priuilegio Comiti concesso Bald. in l. eam quam num. 29. 30. C. de fideicom. An sufficiat quod in priuilegio Comitis dictum sit non obstantibus legibus & An comes in legittimatione possit specificare vt hic Non obstante tali lege Castr. in consil. 125. dubitatur primo an Comes nu. 3. v. 2.

Alia vide in præced. nu. 78.

80 ET AVTH. QVIB. MO. NAT. EFFIC. SVI §. PEN. &c.

Per

Per quam disponitur similes illegiptimos nullum habere à legibus patrocinium nec esse à parentibus alendos de qua materia vide late Paleot de not. & spur. cap. 38. 46. 47. 48. cum seq. in vol. 8. par. 2. tract. 66 DD. in cap. per venerabilem ex. qui fil. sint leg.

81 ET §. SI QVIS ERGO, &c. Vbi disponitur natos ex concubina tantum esse alendos & in subcessione posse percipere duas vncias non existente ex parte legiptima prole de qua materia vide Paleot. de not. & spur. cap. 38. in v. 8. p. 2. trac. 62 vide dicta in vol. 1. comm. opinio. in vers. clausula 97.

82 *Quibus legibus, &c.* De relatiuo quibus vide in c. 70. num. 2. in cap. 63. num. 44.

83 EX CERTA SCIENTIA, &c. Præsumitur enim certa scientia quando talis clausula fuit prolata in legiptimatione. Carp. ad stat. med. in cap. 456. num. 101. vol. 1., & de tali clausula posita in legiptimatione vide Rimin. in cons. 725. num. 15. vol. 4.

Alia de dicta clausula vide in c. 1. num. 21. & in c. 110 num. 19.

84 DEROGAVIT, &c. Idest in hac parte dd. legibus detrahitur l. derogatur vbi Alc. & DD. ff. de verb. sig. & per speciem iuri derogatur. Io. Mon. in defens. iur. in tit. contra priuil. num. 7. in vol. 3. p. 2. tract. 126.

85 DEMVM, &c. Hæc dictio regulariter stat taxatiue & sic dreoganit solum in hac parte tantum l. is qui reus ff. de pub. iud. in l. 1. ff. de bon. co. l. more ff. de iurisd. omn. Iud. Decia. in add. addictionar. Alber. in ver. Demum.

86 IN SIGNVM PERP. RECORD. &c. Tale signum est dictæ legiptimationis demonstratiuum faciunt dicta Restaur. Castal. de Imperat. q. 89. num. 4. in vol. 16. tract. 67. signum enim representat omne quod fuit signatum Guliel. de Monfert. de subcess. regu. dub. 2. nu. 22. in v. 16. tract. 182.

Alia multa ad materiam sigilli vide hic infra numero 94. & in cap. 155. numero 19.

87 AVREO ANVLV, &c. Anulus enim sponsalitius fuit inuentus a Tubalcan. ferrario ex consilio Adæ qui adhuc viuebat Alberic. in Dictionar. in ver. Anulum Dic ergo quod sicut Anulus datur Doctori ad significandum matrimonium per eum contractum cum scientia Petr. Leon. de priuil. doct. q. 3. num. 9. in vol. 18. tract. 4. Ita legiptimatus quasi matrimonium contrahit cum dispositione legum Dicitur Aureo ex rationibus & Auri qualitatibus quæ de auro ponit Guliel. de Bened. in cap. Raynutius p. 1. vers. duas hab. fil. nume. 102. 103. de testam. & sic sicuti aurum metallum est perfectum ita aureus anulus ostendat perfectam legiptimationē & eccellentiam potestatis arg. clem. 1. §. fin. de iur. iur. & claritatem legitimati Alber. in diction. in ver. Aurum.

Alia vide in c. 33. num. 19.

88 INVESTIVIT,&c. Quid sit Inuestire vide in cap authoritate de restitut.spol & in tit quid sit inuestitura in vsib. feud. id est confirmauit Dyn.in capitulo 1 numero 12.cum ibi add. de regul.iur. in sexto.

89 *Qui fran.&c.* De relatiuo Qui in cap. 70.numero 2.in capitul.63. numero 44.

90 AD DELATIONEM.&c. FIDEL. &c. SACR.&c. Iuratur enim quia Imperator est Vicarius Dei in temporalibus Io. Zoanett.de Romano Imper.num 204.in v.16.tract.327.& de iuramento fidelitatis vide late in c 81.num.39.41.

De Iuramento autem fidelitatis quod praestat Imperator quando coronatur tractat Restaur.Castal de Imperatore q 36.in vol.16. tract 45.

Dicitur ad Delationem per ea quae sunt dicta in c.81.nu.39.

91 *Qui D.Petr.&c.* De relatiuo Qui in cap. 63.nu.44. & in capitulo 70.numero 2.

92 DECREVIT,&c. PAENAM SE NOVERIT,&c. Haec clausula conuenit soli Imperatori & Principi & habenti potestatem ab eo Restaur. Castal.de Imper.q 110.num.3.in reseru.39.in vol. 16. trac.77.col.4.in med.vide dicta in c.155.nu.13.

93 *In quorum,&c.publ.conf.doc.&c.* In c.1.nu. 10.

94 SVOQVE SOLITO SIGILLO, &c. Solitum sigillum scripturam authenticam praestat secus non solitum Gambar. de Auth. leg.de la.lib.8.num.23.in vol.13.p. 2.tract.213. De authoritate sigilli Spec.de citat.§.5.num 13.Bertac.de episc.lib.2.p 1. nume.25. 28.29.40.45.in d.vol.13.p 2. tract.315.Troil. malu.de Canoniz. sanct.cap. Restat quartum num.19 in vol.14.tract.102.Bald in l. in bonefidei num. 20.in fine vers. sequitur videre de uoce. C. de reb. cred.

An sigillum sit substantiale in priuilegio Afflict. decis.253. nu.2.

Sigillum quotuplex sit & quid continere debeat Rebuff.de nominatio. quaest. 10.in princ.num.40.41.42.in volum. 15. par.secunda tract. 313.

Quid si in scriptura non sit dictum de appositione sigilli & sigillum sit appositum an valeat Bertac.de episc lib.2. p.1.nume.27.versic. vlterius nota perpetuo in vol.13.p.2.tract.315.Innoc.in cap. 2.de fide instrum facit l.ad titium §.si quis ff.de testam. Alex.in l.quae dotis num.38.39.ff de solut.matr.

Quod apponens sigillum consentiat & approbet factum facit l. tribunus § fin.de testam.milit.Bart.in l.fraudem §. sicuti num. 3. ff. eod.de milit.test.idem Bart.in l. quae dotis num. 27. & Alex.nu. 38 39.ff.sol.matr.

De materia sigilli vide infra in cap.155.num.19.& in cap.163.num. 21.& in cap.168.num.39.40.&sic supra num.86.87.Alex.c. DD. in d.

In d.l.quæ dotis ff.sol.matr.Bertacc.de episc.lib.2 p.1.nu.25.cum seq.in volum.13.par.2. tract.315. Specul. de Citatio §.5. nume: 12 cum sequen.

NOTA QVOD.

95 LEgiptimationes in dominio Florentino fiunt à Serenifs. nostro Magno Duce qui in suo territorio non recognoscit superiorem & in eo omnia potest quæ potest Imperator in suo Imperio vt dicit & etiam rationem ponit Corsett. de Potestate regia p.5.q.101.num.68.in vol.16.tract.144. & dictum fuit supra in c. 113.in princ.

Principes enim qui non recognoscunt superiorem quod possint legittimare vide Ant.de Rosell.de legiptimat. lib.2.in princ.num. 35.cum seq.in vol.8.p.2.tract.85.vide adducta hic supra numero primo & 5.

Item an legiptimatio extendatur extra territorium legiptimantis Mart.Laud.de legiptim.num.25.26.& 104.in vol. 8.p. 2.tract.92. 95.Paris.in consil.1.num.5.8.9.12.13.17.vol. 2. Rimin.in consilio 717.num.19.20.vol.4.& consil.725.nume. 1.cum seq.& consl.726. num.11.24.vol.4.vide hic supra nu.1 & nu.5.

Item an Comes Palatinus possit legiptimare non subditum in territorio alieno Rimin.in d.consil.717.725.& 726. vol.4. Paris.in d. consil.1.num.8.& per totum vol.2.late Dec.in consil.557.nume.8. cum seq.& cons.306.num.7.& consil.150.num.5.Roland. in cõs. 88.num.33.cum seq. vol. 1.vide hic supra num.1.& num.5. & an proiit quo ad ecclesiasticum feudum vel emphyteosim hic supra num.1.in in fine & nu.70.

MANVMISSIO SCLAVÆ.
CAP. CXV.

FOrmulam huius instrumenti vide in Specu'.de Seru. non ordin. num.5 6.8.9.etiam si fiat pro præcio vt per eum & hic infra post numero 32.

Ad materiam manumissionis vide Inst.de libert.cum duobus tit. seq. & ff.de manumiss.cum seq.tit.& C.de vindic liber. cum plur. seq. tit & infra per discursum Io.Hugo.de off.quat. prælat.in tit. quot mod.manumiss.fiat cum seq.in vol.13.p.2.tra.298.& vide infra in c.159.num. 28.

1  *Vblici omnibus pateat &c.* De hoc vide in capitul. 1. numero 10.

2 ROBERTVS, &c. De nomine in cap. 1. num. 11. cap. 2. num. 12.

Quid si manumittens esset minor Surdus Mutus vel pupillus l. 2. l. 4. §. fin l. 6. l. 10. l. 13. l 15. & l. 24. ff de manum. uirid. Mart. Laud. de legitimat. num. 176. in v. 8. p. 2. tract. 97. & §. eadé lege cum seq. Inst. quibus ex caus. man non licet l. 1. l. 16. & l. 20. in princ. ff. de manumiss.

Quid de illo cui facta est prohibitio alienandi an possit manumittere l. 31. §. qui fideicommiss. ff de fideicom liber & An emptor qui non dum soluit precium l. 38. §. quæsitum ff de lib. ca. vsusfructuarius l. 1. §. si autem C. comm. de manumiss. & de alijs personis vide in titulis citatis hic in princ. & Missing Inst. quibus ex ca. man. non lic. in princ. num. 1.

An per procuratorem possit fieri manumissio l. 3. C. vn de liberi.

3 GRATIS, &c. Id est sine aliquo merito c. gratia & c. emendum c. dictum. 1. q. 1 in c. dilectus 2. de Simon.

Item in dubio an gratis data censeatur vide in argu. quæ dicit Io a Caprist. de vsur. p. 1. sec. p. princ. num. 70. in v. 7. tract. 103. & probatur quod sic in leg. donari vbi Dec. Cagnol. & alij ff. de regul. iur.

4 INTVITV PIETATIS &c. *In* cap. 114 nume. 29. & hoc dicitur quia a sola voluntate Domini manumissio pendet Socc. iun. in l. cum filius famil. in princ. nu 1. ff. de legat. 1.

5 PRO REMEDIO ANIMAE SVAE, &c. Anima enim omnibus est anteponenda l. sancimus la 1 in fin. C. de sacr. sa. eccles. c. cum infirmitas in fine de penit. & remiss.

Hæc enim clausula demonstrat esse ad piam causam Tiraq. de pia causa in præf. vers. sed si hoc omnino.

Item sine dicta clausula manumissio est pia causa Tiraq de pia causa in præfat. vers. Item legatis libert. Dec. in l. captatorias nu. 23 24. C. de test. milit.

Alia de anima vide in c. 159 nu. 22.

6 OMNI MELIORI MODO, &c. *In* c. 1. nu. 23.

7 PER SE ET SVOS HAEREDES, &c. *In* cap. 62. num. 4. in capitu. 86 num. 9.

8 MANVMISIT &c. Manumissio enim est datio libertatis l. manumissione ff. de Iust. & iure, & quid sit & quotuplex manumissio vide Vgo. de off quat: prælat. in tit. quot. mod manumiss. fiat num. 1. 2. in vol. 13. p 2. tract 298. & Inst. de libert. in princ. & in §. multis vbi Aret Missing & alij Asy. in prax. cap. 2. num. 13. & vide infra in cap. 157. nu. 28.

Quis autem fuerit primus author manumissionis vide Alb. Bologn.

de lege

de lege & iure cap.16.n.13 in v.1. tra. 307. Manumissio enim respicit tantum seruos leg. 1. ff.quand. act.de pecul. est ann. & quod fit similis morti l.inter omnes ff.de furt.

9 MARTAM,&c. SCLAVAM,&c. De nomine in cap.1.num.11.& & cap.2.num. 12.

Quid si esset sclaua aliena vide l.35 ff.de manumiss.test.& l. 16. l. 24. §.1.l.30.§.si plures & l 39.in princ.ff.de fideicomm.libert.& l. 20. ff qui & à quibus & l.9.C de testam.manum.& l.6.l.9. C.de fideicom. libert.

10 ÆTATIS,&c. ET PILI, &c. Hoc dicitur vt appareat declara & certa demostratione vide adducta in cap.75. num.11 sicuti etiam de bonis immobilibus ponuntur clare demostrationes vt in c.63 num 26.27.168.vt remoueatur error de quo in c.65. nu.11.

11 ET EIDEM MARTE,&c. De verbo eidem in cap 90.nu 52. & in c.102.il 1.nu. 34.

12 ET IPSIVS MARTE DESCENDENTIBVS,&c. Ad uerbum Ipsius,vide in c.102.num. 12.

Descendentium appellatione qui veniant vide Natta in cons. 474. num. 26.consil.43 num.2.Crott.in l.omnes populi num.154.ff.de Iust.& iur.Paris.in consil.92.num.62.volum. 2.& consil.4.numero 30.uolum.3.

Et quod descendentium app. veniant tam masculi quam fæminæ etiam prolis appellatione vide Dec.in consil.413.num. 11.& consil.495.num.6.consil.570.numero 9.Paris.in consilio.26.numero 34.volum. 3.

In emphiteosi qui veniant descendētium appellatione vide in cap. 90.numero 10.

13 TRADIDIT LIBERTATEM &c.De verbo tradidit in cap.63. num 174.cap.64.num 8.

Libertas enim est naturalis facultas faciendi quod cuique facere libet §.libertas Inst.de iur.pers.vbi Aret.& DD Alberic. de statutis p.2.q.2.num.34.in vol. 2.trac.29 Io.Hugo.de off.quat.prælat. in c. Quid sit libertas & in cap seq.3.de libert.diuis.dicit quotuplex sit libertas in vol.13.p 2 tract.298.

14 PVRAM,ET MERAM,&c. Vide adducta in cap. 86. nume.10. 11.An autem possit dari libertas ad tempus vide l.18.§.fin.& l.31. & l.34 ff.de manumiss. testam.

15 *Quam Martam præsen. & pro se & suis hæred. &c.* Ad relatiuum Quam vide in cap 70 num.2.& in cap.63.num.44.

Ad alia vide in cap.60.num. 22.

16 LIBERAVIT,&c.Idest eam quæ seruitutis nexu alligata erat liberam fecit argumento quæ dicit Alciat.in l.liberationis num. 14 ff.de verb.sign.vide hic supra nu.13.

17 ET REM.SIT OMNE EIVS PECVL. &c. Hæc verl a videntur

tur sumpta ex l. peculium in princ. ff. de peculio remictere enim est dare; concedere vel donare, l. Marcellus, ff. de donat. ca. mor. Bart. in l. si quis de legani: ff de nouat. & in his terminis vide d l. peculium in princ. vbi Bart num. 1. Licet Remictere aliquando dare aliquando facere significet vt in l. actione vbi Alex. num. 5. & alij, C. de transact. Abbas & alij in cap. veniens num. 6. de testib. & de tali verbo vide late Alberic. in diction. in ver. remictere.

Peculium omne hic dicitur quia Peculiũ est multiplex glos. & Bart. in Rubr. ff. de peculio & habetur in l. fin. C. de inoff. test. DD. in Rubr. ex de pecul. cleric. & octo modis dicitur peculium, Ias. in l. cum fundus §. seruum nu. 1. ff. si cert. pet. & dicitur peculium quasi patrimonium liberi hominis l. quoties §. fin. ff. de peculio.

Item dicitur omne peculium Quia in manumissione Dominus relassat in totũ vel pro parte vel adimit peculium seruo prout, ipsi Domino placet l. 4. in princ. ff. de peculio l. quam tuberonis §. sunt quidam & l. non statim & l. quoties §. fin. ff de peculio.

Quid si Dominus in manumictendo non dixerit se remictere peculium an remaneret penes seruũ quod sic vide l. si stico ff. de peculio l. 1. C. de peculio eius qui lib. mer. Socc. Iun. in l. cum filio fam. in princ. venio nu. 20. 23 in fine ff. de legat. 1. facit d. l quam tuberonis §. sunt quidam ff. de peculio. Secus quando libertas fuit legata tunc non venit peculium: l. 1. C. de pec. eius qui lib. mer. vide hic infra num. 39.

18 ET FRANCAM ESSE VOLVIT, &c. Idest sui Iuris Bald. in c. 1. in fine de capit. qui cur. uend. in vsib. Fæud. Dicitur Voluit quia manumissio à sola voluntate Domini pendet Socc. Iun. in l. cum filio fam. in princ. num. 1. ff. de legat. 1. & hic infra num. 27. De uerbo Voluit in cap. 94. num. 57.

19 CVM OMNIBVS SVIS PANNIS, &c. De dictione Cum in cap. 63. num. 29. & in cap. 69. num. 32. De peculio hic supra nu. 17. cum seq. Pannorum autem app. quid veniat & an vestes Bart. in l. diuus ff. de bon. damnat. Pett. Pecch. de testam. coniug. cap. 14. num. 2. in v. 8 p. 1. tract. 171. Bart. in l. vestimentum ff. de aura & arg. leg. vbi Alfan. in Collect. num. 967. Et de Pannis Laneis & Lineis vide Angel. de testam. glos. 48. num. 1. in vol. 8. p. 1. tract. 51.

20 RESTITV. ANTIQ. NAT. &c. De verbo Restituens in cap. 114. num. 34. Dicitur Antiquis natalibus quia natura omnes liberi sumus & seruitus est contra naturam & de Iure gentium §. seruitus vbi glos. Misinng. num. 5. Aret. & DD. Inst. de Iure pers. §. Ius autem gent. Inst. de Iur. nat. gent. & ciu.

21 *Ita quod*, &c. Vide in cap. 65. num. 33.

22 *Dicta Marta*, &c. De verbo dicta in cap. 69. num. 17.

23 EMERE ET VENDERE, &c. Quia seruus ante manumissio-

nem nec emere nec vendere nec sibi aliquid acquirere potest §. item vobis Inst. per quas personas nob. acq. §. siue autem Inst. de stipulat. seru vbi Aret. & DD. l. 1. §. 1. ff. de ijs qui sunt sui vel al. iur. vbi Bart. & DD. Imo quoad ius ciuile seruus habetur pro mortuo l. quod attinet ff. de reg. iur. Medic de definit. diffin. 86. num. 3. & diff. 100. numero 5. in vol. 18. trac 313. & 316.

Iniquum enim esset si manumissus factus ingenuus prædicta facere non posset l. 2. ff. si a par. quis man. fu.

24 *Et omnia & singul. fac. &c.* Ad hoc vide dicta in c. 62. nu. 29. & in c. 63. num. 66. in fine & num. 167.

25 VT QVILIB. INGEN. ROM. &c. Et sic etiam subcedere ex quacumque subcessione Aret in princ. illud certum nume. 1. cum seq Inst. de seruil. cogn. & hoc est proprium manumissionis vt hic supra num. 8. 13.

26 QVAM LIBERT. &c. ET OMNIA ET SING. &c. Ad relatiuum Quam in cap. 70. nu. 2. & in cap. 63. num. 44. Ad uerbum Libertatem hic supra nume. 13. Ad clausulam & omnia & singula vide in c. 62. num. 21. & in cap. 63. num 66. & nume. 167. & nume. 186. vsque in finem, &c

27 PRESENT. ET LIBER. PET. &c. Quia manumissio non perficitur nisi interueniente consensu manumittentis l. si priuatus ff. qui & a quib. Iacobat. de concil. lib. 4. artic. 4. num. 129. in v. 13. p. 1. tract. 255. vide hic supra num. 18. & eodem consensu a seruo recipiatur vel petatur faciunt dicta in c. 60. nu. 22.

Item dicitur petente quia seruis nihil gratius præstari potest quam libertas Dec. in l. libertas inestimab. nu. 1. ff. de reg. iur.

Si fuerit cum reseruatione seruiendi seu famulandi.

28 CVM PACTO SALV. ET RESER. &c. Ad clausulam cum pacto &c. in cap. 63. num. 164. ad clausulam Saluo, &c. in cap. 109. num. 27. De Reseruatione in cap. 87. num. 10. & in c. 147. nu. 50.

Quod manumissioni possit conditio imponi & pactum vide l. testamento ff. de man. test leg. 1. & l. 3. ff. de stat. liber. & si conditio vel pactum non seruatur a manumisso vide in d. l. 3. in princ. vbi DD. & hic in seq. nume. 29. & quod conditiones sint seruandæ in c. 83. num. 5. 50. & quod non seruans pacta dicatur ingratus Moton. de fid. treg. & pace quæst. 19. num. 2. in v. 11. p. 1. trac. 422.

29 TENEATVR SERVIRE, &c. Quod dicta conditio in manumissione possit imponi vide l. 4. §. Stichus & §. fin ff. de stat. liber. l. 38. §. fin. & toto tit. ff. de oper. libert. l. 3. C. de obseq. liber. l. libertos C. eodem.

Quid si valetudine vel alia causa esset impeditus seruire vide l. libertas & l. hæ operæ l. interdum l si ita stipul. ff. de oper. libert. l. 4. §.

Sticl us ff. de stat. lib.
Item in quibus seruire teneatur l.16.§.fin.& l.17.l.23.& l.26.in prin. l.38.§ si tamen & l.50.in princ.ff. de oper. liber. l.3 in princ. ff. de stat.liber.
Licet enim promissum non fuisset vel factum pactum de seruiendo debet nihilominus obsequium præstare patrono l.libertos.C. de obseq.patr.prest.l.libertus.ff.de oper.libert.l.5.§.vtrum.ff.de libe. agnosc.l.mater tua.C.de oper.liber.etiam finita seruitute vt in dd. iuribus,& in l.3.& toto tit.C.de obseq.patr.præst.l.3. C. de libert. & eorum lib.& persona Patroni liberto semper debet videri honesta & sancta l.liberto.ff.de obseq.a liber. prest.
30 *Sine aliquo salario,&c.* Nam alias deberetur salarium vt in capit. 92 num.37.
31 *Nisi solum,&c.* De dictione Nisi in c. 68.num.10.De dictione Solum.eod.c.68.nu.11.
32 PRO ALIMENTIS VICTV ET VESTITV,&c. seruo etiam talia debentur vt viuat l.seruus ad custodiam vbi Bart.ff.de alim. legat.Aret.in §.sed cum factum num.1.Inst.de stipul. seru.& si victum non præstaret vide l.aut certe l.quod nisi l. opere l. si libertus & l.operarum.ff.de oper. libert.

Si manumissio fieret pro precio vide formulam in Specul.de seru.n.n ordin.num.9.& hic infra precipue num.37.39.

33 *Et hanc libert.fecit,&c.* In capitul. 63. num.167. & hic in sequen. num.37.39.
34 *Quia,&c.* De tali dictione in cap.91.nu. 13.
35 FERDINANDVS,&c. De nomine apponendo in cap.1.num.11. & in c.2.num.12.
De alia persona vel cum aliena pecunia si sit facta solutio pro manumisso vide.l.3.§.1.l.13.§. siquis ita §. 1. l. 17. si decem heredi l. 31.si seruo §.fin.ff.de stat.lib.& l.3.C.de oper.liber.
36 *In præsentia mei,&c.* In c.63 num.179.
37 DEDIT SOLVIT,&c.In c.63.nu.172.173.
De manumissione quæ fit pro precio vide Specul.de seru.nō ordin. num.9.l.si tuis.C.de oper.liber.uide hic supra nume.35. & infra nume. 39.
38 *Eidem R. ber.præsenti,&c.* De pronomine eidem in cap.102. il 1. & in c.90 num.52.de clausula Præsenti & recipienti in c.60.num. 22.in med.in c.63.nu.177.& seq.
39 FLOR. QVADR. PRO LIBERT.&c. Quid si peculium non fuisset remissum & dicta pecunia esset de peculio vel extra peculium vide l.3.§ 1.l.13.§.si quis ita l.17.decem hæredi l. 31.si seruo §.fin.ff de stat liber.& hic supra nu.17.in fin.& nu.35.
Ad materiam florenorum vide in c.92.nu. 39.
40 VOCAVIT SE BENE SOLVTVM,&c.In cap.62.num. 28.& in

in capitulo 63.numero 181.

41 QVAM LIBERT. ET OMNIA, ET SING.&c. Hic supra num.26.

Quid si Instrumentum manumissio esset nullum vide l. testam. man. in princ.l. diuus l.cum quasi §. quamquam l. cum ex falsis ff. de manum.test.l.generaliter §.testamento l. in testamento quidam l. si pater duos in princ. ff. de fideic. liber. l. sicut instrumenta C. de liber.ca.

Si autem Instrumentũ manumissionis esset deperditum in d. l. sicut instrumenta C de liber.ca.

Alia generalia vide in c.63 a nu. 186.vsque in fin remissiue.

EMANCIPATIO CAP. CXVI.

FOrmulam huius Instrumenti vide in Spec.de nat.ex lib.vent.§. 1. num.16. Aliam formulam vide Henning.Geden.de process.Iudic.p.3.Rubr.fin.quæ est Rubr.44.num. 7 qui tract. iungitur cum Roff.de libell. form.Item ad ipsius formulæ materiam vide dicta Aret.in §. præterea Inst.quib. mod.ius pat pot sol. Asc. clem. de Patr.pot.art 14.num.79 in vol 8.p.2.tract.126. & hic infra nu. 3.

Materiam huius Instrumenti vide in tit.ff. de adopt. & emancip. & cap.de emancip.lib Inst.quib.mod.ius patr. pot.sol late Carp. ad stat.mediol.c.326.vol.1.vbi pulchre & late.



1 PHilippus,&c.Quod requiratur nomen in cap.1.num. 11.in c.2.nu.12.

An infans vel absens emancipetur vide in seq. nu. 2.

2 IN PRESENTIA D. ZEN. EIVS PATR.&c. Absens enim & infans non potest emancipari sine rescripto Principis l iubemus vbi Bald. nu.2. C de emanc.lib ita etiã intẽdit Carp.ad stat.mediol.cap.326.num.1.& num. 32. vol.1.cũ alleget,d.l.iubemus licet ipse non dicat requiri rescriptum ita dicit Ascan.clem.de patr.pot.cap.vlt.nu.81. in vol.8.p. 2.tract. 126. Impubes tamen potest emancipari & tunc pater assumit eius tutelam §.præterea Inst.quib.mod.ius pat.pot.sol.& ibi gloss.

3 ET ME L. IVD. ORD &c.Emancipatio fit coram Iudice ordinario & cuius sint solemnia l. iubemus C. de emanc. liber. vbi DD.& in §.præterea Inst.quib.mod. ius patr.pot. sol & l.3.& l.5. l.6.C.de emanc.lib.Paris.de Puteo de Syndicatu in c.quæstio facti nu.1.vol.7.trac.282.

An possit fieri à notario pro tribunali non sedente cum sit actus voluntarie iurisdictionis Carp.in cap.326.num.40.v.1 vide supra in cap.114.num.16.

4 HABENTIS AVTHORITATEM,&c. Notarius solus nisi sit Iu-

dex ordinarius non interponit decretum faciunt dicta Bened. de Barz.de præcep guar.p.1.q.1.in v.6.p.2.trac 340. Corn. in consil. 238.visa in princ.vsque ad lit. f. & in conſ. 259. viso in princ.v.3. vide supra in c 62.num.60.

5 DE QVIB. IN IMP. INDVL &c. Hoc dicitur per adducta in præced.num.3.

Ad hanc clausulam vide dicta in capitul 114. num.13.& in cap. 113. per totum & in c.59 num.2.

6 PETIIT D. PHIL. A D. ZENOB. PATRE,&c Quod non possit cogere patrem ad se emancipandum nisi ex iusta causa vide l. non potest,& l.numquam & l.& si pubes.ff.de adopt.& emancip. §.fin.Inst.qui.mo.ius patr pot.sol l.nec auus.C.de emanc.lib. Carpan ad stat.med.cap.326.num.5.6.7.vol.1. vbi ponit limitationes facit l.filiusfam.§.secundum vulgare ff.deleg. 1. Sed vide in Spec. de Actore vers.Item quod est fil.fam. nu.20.Gasp.Beninc.de inope debit c.16.num. 74.in vol.3.p.2.tract 234.Bald. in l.quamuis nu.4.C.de fideicommiss.

Quid econtra filius inuitus an possit emancipari Bald. in l.vt liberis num.1.C de collat.Carp.d.cap.326.num.9. cum seq. v.1.qui citat Curt.sen.in consil.4.nu 2.vers.ergo limita tamen.

Item nota quod emancipatio fit de filio & non de extraneo Bald. in l.vt liberis num.6.C.de collat.l.quidam cum filium in princ. & §. 1.ff de verb.oblig.

7 SVMMA CVM REVERENTIA,&c Reuerentia est honor qui exhibetur cum pauore,c.2.de off.delega.in 6.& debetur patri per filium l apud Celsum §. aduersus ff.de dol.except. Roy.in epith. subcess.cap.29.nu.43.in vol.8.p.1.trac.423.Io.desel.de Benef.q.2. p.1.in vol.15 p.1.tract.Garz.de vlt.fin.jur.ciuil & can.num.120.in vol 1 tract. 112.

Item talis Reuerentia debetur per filium patri etiam post emancipationem Asc.clem.de patr.pot.eff.3.nu.4 in vol.8.p.2.tract.107. Aret.in §.ius autẽ n.1.cum seq.Inst.de patr.pot.vide hic infra nu. 15.in fine.

8 EMANCIPARI,&c. Emancipatio est libertatis concessio arg. l. si viua §.1.C.de bon.mater. l. cum oportet. §. cum autem vbi Bald. num.1.C.de bon. qualib. & per eam tollitur & relaxatur ius patriæ potestatis d.§.cum autem & §.præterea Inst. qui.mo. ius patr. pot.solu Ang.de Perigl.de suitate q.5.num.9.in v.8.p.2.tract.139. Medic.de definit.dif.64.num.5.6.in vol.18.tract.311.Asc.clem. de patr.pot.art.14.num.79. in vol. 8.p.2.tracta.126.Asyn.in prax.in princ.c.2.nu. 15.

Et dicitur inmaginaria venditio Tobias Instit. de testam. in princ. numero 4.

9 QVAMOBREM, &c. Hæc dictio habetur in cap. quamobrem

brem de penit. dist. prima.

10 EIVSD. PHILIP. PETIT. FAVENS,&c. Iusta enim petentib. non sunt deneganda l. si dominus §. sed dominorum. ff. de ijs qui sunt sui vel al. iur. § dominorum Inst. eod.

De dictione Eiusdem in c. 90. num. 52 & in c. 102. il 1. nu. 34.

11 *Ipsum Philip.&c.* De dictione Ipsum in c. 101. nu. 12.

12 EMANCIPAVIT, &c. Quid sit emancipatio vide hic supra num. 8.

Item an emancipatio possit fieri per Procuratorem quod non Barto. in l. post mortem §. fin. ff de adopt. & in l. gallus §. forsan num. 1. ff. de liber. & posth. cogita l. iubemus in med. ibi precib. à se ipso C. de emancip. liber. Carp. ad stat. med. cap. 326. num. 34. vol. 1. vide l. post mortem in fine. ff. de adoptio.

13 ITA QVOD IN FVTVRVM, &c. De dictione Ita quod in c. 65. num. 33 & in c. 63. nu. 85.

Quid operetur emancipatio vide hic supra num. 8. & in seq. num. 14. 15. cum seq.

Item an filius aliquando redeat in patriam potestatem non obstante emancipatione puta si sit Ingratus Bat. a S. Blas. de Correl. num. 27. col. 2. in v. 18. tra. 263. l. 1. C. de ingrat. lib. vel si emancipatio nõ valeat l. post mortem in fine ff de adopt. & emancip.

14 VALEAT TESTARI, &c. Emancipatus quod valeat testari probatur in omnibus infrascriptis iuribus sumpto argumento a contrario sensu.

Filius autem fam. ante emancipationem an, & de quibus possit testari vel donare causa mortis Asc. clem. de patr. pot. eff. 9. & 10. & per totum in vol. 8. p. 2. trac. 112. §. sed. testari Inst. de milit. test. & §. fin. eod. & Inst. quib. non est permissum facere testam. in princ. & per totum l. qui in potestate in princ. & l. filiusfam. & l. si filiusfam. ff. de testam. l. si quis filio §. fin. ff de iniust. rup. irrit. test. l. ex militari, §. si miles & §. fin. & l. testamenta §. fin. ff. de milit. test. & l. filius fam. eod. & l. 3. §. dari ff. de bon. poss. l. 1. §. exiuit ff. de bon. poss. sec. tab. vide infra de testamento filij fam. in c. 158. num. 21.

Si filius fam. faciat prius testamentum & postea emancipetur vide §. præter hos igitur Inst. quib. non est perm. fac. test. l. si filiusfam. ff. de testam. l. si quis filio §. fin. ff. de iniust. rup. & irrito test.

15 IVDICIO INTERESSE, &c. Regulariter ante emancipationem non potest iudicio interesse Asc. clem. de patr. pot. eff. 4. per totum vbi multos refert in v. 8 p. 2. tract. 105. Declara vt ibi per eum, & per DD. in l. fin. §. 1. C. de bon. quæ lib. Afflict. decis. 180. Guido Pap. q. 54. num. 2.

Et quando requiratur consensus Patris an à principio vel ex post facto debeat interuenire Roland. in cons. 97. nu. 16. vol. 1.

Quid an tam ante quam post emancipationem filius stare possit in iudicio

iudicio contra patrem Spec.de Actore num.20. facit l. fin.C.de in ius voc.late Asc.Clem.de patr.pot.eff.3.nu. 14. & per totum vbi agit de venia impetranda in vol.8.par.2.tract.107.vide hic supra numero septimo.

16 VENDERE,&c. Venditionis appellatione venit omnis actus per quem Dominium transfertur l. sicut §. venditionis vbi Bartol.ff. quib.mo.pign.vel hyp.soluatur Abb.in cap.ex parte num.6.ex.de postul.

Dicitur vendere quia regulariter filiusfam. non potest alienare bona propria in quibus patri competat vsusfructus vel alia commoditas Asc.clem. de patr. pot.effect.2. nume. 44. 45.in vol.8.par.2. tract. 105. Alia uide in seq.nu. 17.18.

17 CONTRAHERE, &c. Nam regulariter filiusfam. acquirendo nõ contrahit pro se sed pro patre Asc clem.de patr.pot.eff.2. num. 1. in vol.8.p.3.tract. 105. & Inst.per quas perso nob.acqu.in princ. vbi DD.secus quando est emancipatus Bald.in l.si viua num.4.C. de bon.mater.

An filiusfam. cõtrahat matrimonium sine patris cosensu Asc.clem. de patr.pot.eff.6.in vol.8.p.2. tract. 11. de filia vide dicta in c.93. num.8.de filio in c.95.num. 12.

Alia vide in seq.num.18.

18 ET SE ET SVA OBLIGARE,&c. Nam ante emancipationem non obligatur ex mutuo nec ex voto Asc.Clem.de patr. pot. eff.5. per totum in v.8.p.2.tract.109 l.1.& toto tit.C. ad maced.Bald. in l.macedoniani C.eod.

In alijs autem filiusfam obligatur Asc.clem.eod.nu.2.Paris. in cons. 94.num.1.2.vol 1.Tessaur.recept.sent.in vers.filiusfam. num. 210. Ias.in l.1 num.2.C.qui admitti & contra eum potest fieri executio per viam cap ture Ias.& Asc.clem.eod. Florentiæ per statuta cõmunis,& Curiæ mercantiæ disponitur non posse se obligare.

19 ET OMNIA ET SINGVLA,&c. An emancipatio possit fieri ad vnum actum tantum Bart.in l.1.§ in filij nume.3. ff.ad trebell. Bald.in l.senium num.7.C.qui test fac.poss Asc.clem.de patr. pot. cap.fin.num 98.in v.8.p.2.tract.127.Carp.ad stat. mediol. c.326. num.20.vol 1.

Ad clausulam,& omnia & singula in cap.62.num. 29.& in cap. 63. num 66.in fine & nu.167.

20 QVÆ QVILIBET HOMO PATER FAM.&c. Hic supra nu. 14. vsque huc nam esset iniquum quod ingenuus & liberatus a patria potestate prædicta facere non posset leg.3. ff.si quis a par. fuer.man.

21 ET IN PRÆMIVM EMANCIPATIONIS,&c. Hoc premium est donatio ex mera liberalitate & non ob causam Henninc. Geden.in processf.iudic.Rubr.fin.de emancip.num.8.qui tractatus est

post

post Roffred. de libell form. & de hac materia vide l. cum oportet §. cum autem vbi Bald. C. de bon quæ lib. & in § hoc quoque à nob. Inst per quas perso. cui acq. vbi Aret. & DD. Bald. in l. vt liberis num. 1. & 6. C de collat.

Sed dubitatur quod Pater & non filius premium emancipationis debeat accipere l. si viua §. 1. C. de bon. mater. l. cum oportet §. cum autem C. de bon. quę lib. vbi Castr. nu 3 & hanc formulam spernit Alex in l. vtrum nu. 6 ff. de verb. oblig. vide Carp. ad stat. med. cap. 326. num. 11. cum seq. & nu. 17. vol. 1. facit l. 2. §. fin. C. de bon. quæ liber.

Hoc intellige si pater vult tale premium l. 3. C. de Bon. mat. vbi Bal. num. 1. qui dicit ipsi Patri deberi premium.

Per statuta Mediolani pater assignare tenetur legiptimam filio emancipato Carp. ad stat. med. c. 485. v. 2 per totum.

22 *Dedit tradidit, &c.* in cap. 64. numero 8. in fine & in capitulo 63; numero 172. 174.

23 *Atque remisit, &c.* Quid sit Remictere in c. 115. nu. 17. & dicitur Remisit per dicta in præced. num. 21. in med.

24 *Eidem Phil. præs. &c.* De verbo eidem in cap. 90. num. 52. & in c. 102. il 1. num. 34. De clausula præsenti &c. in cap. 63 nu. 11. & 65.

Sed hic melius congruunt dicta in cap. 1. num. 12.

Item dicitur præsenti per dicta hic supra nu. 2.

25 *Et pro se & suis hęred. &c.* in c 62. num. 11. & in c. 86. nu. 21. & faciunt dicta hic supra nu. 21. in princ.

26 EIVS PECVL. ADVENT. &c. Quotuplex sit peculium vide in c 115. num. 17. per totum.

¶ Caueas ab hac clausula tanquam ab igne nisi plene certiores patrem quia Florentiæ Pater est vsusfructuarius dotis vxoris etiā ea mortua durante ipsius Patris vita & per talem clausulam filius & talis filij creditores (si mater prædecessisset) possent repetere talem dotem a patre & eum priuare tali vsufructu vt in facto habui, & faciunt dicta hic supra nu. 21. in med. & probatur in d. l. si viua C. de bon. mat.

Item an pater in bonis filij emancipati habeat aliquod ius vide in d. l. si uiua § 1. per totum C. de bon mat. & vide authoritates citatas hic supra num. 21.

27 *Quibus omnibus sic peractis, &c* Remissiue in cap. 76. num. 48. 49. 50. & aduerbum peract s eod. nu 51.

28 *Ego L. iud. ordin. &c.* Vide dicta hic supra num. 4. & in capitulo 62 num. 60.

29 *Meam & Rom. Imp. &c.* Quia notarius creatur ab Imperatore sed hic Florentiæ a S. M. Duce vt in capitulo 113. in princip. & per totum.

30 *Authorit. inter. &c.* in c. 76. num. 52. & in cap. 119. nu. 66.

31 RO-

31 ROGANTES,&c.Vide in cap.58.num.20.Quid si nulliter roget emancipationem per imperitiam vel non seruatis seruandis an de suo teneatur ad damna emancipati Paril. de Put.de Syndic.in c.quæro de q.nu.1.cum seq.in v.7.trac.282.

An in emancipatione necessaria sit scriptura l.2. C. de emancip.lib. l.emancipatione C.de fid.instr.Carpa.ad stat.med. capitulo 316. num.32.vol.1.

Et quia hic Florentiæ emancipationes debent notificari in consilio. An talis notificatio possit à quocumque fieri sine mandato Tiraq. de retract. lign.§.36.gloss.2.num. 6. vide dicta infra in capit. 150.num. 13.

ADOPTIO CAP. CXVII.

FOrmulam huius Instrumenti vide in Specul.de cogn. leg. nu.3. Ad hanc materiam vide in tit.ff. de Adopt & C.de Adoptio.& Inst.eod.vbi DD.Quid differat Adoptio ab Arrogatione Brunell. de sponsal.& matr.concl.27.num.4.in v.8.tract.28.Boer. de statu & vita eremit.cap. 16.n.17.18.in v.8.p.1.tract. 406. & quid sit & quomodo fiat Ant.de Rossell.de subcessio ab intestato num.61. cum seq.in vol.8.par.1. tract. 358. vide aliqua in seq. capitul. de arrogatione.

1 P*Vblice omnibus pat.&c.*in cap.1.num.10.

2 *Bened.& Hyer &c.*in cap.1.num.11.in c.2.nu.12.

Adoptio an fiat per procuratorem uide hic infra nu 6.

3 *Et Carol.filius cum consensu,&c.* An requiratur consensus hic infra num.15. & quid si esset infans quod possit adoptari vide l.etiam infantem ff.de adoptio.

Quid de absente vide hic infra nu.6.

4 *In omnibus & singul.&c.* in capit.62.nu.29.& in c.63. nu.66.in fine & num.167.

5 Et quilibet eorum,&c.in c.65.num.14.16.

6 CONSTITVTI PERSONALITER IN IVD.&c.Quod requiratur adoptantis & adoptandi præsentia Bald. in l. vetheres nu. 1 C.de adoptio.l.neque absens cum l.seq.§.fin.ff.de adopt.l.fin.§. fi.C.de adoptio.Alex.in l.gallus § forsitan n.4.ff. delib.posth. Absens tamen per rescriptum potest adoptari Alex. eod.

De consensu requisito vide hic infra num. 15. & de infante hic supra num 3.

Adoptio an fiat per procuratorem Bart. in l ita autem §.gessisse nu. 4 ad fin. ff de admin. tut. & in l.post mortem §.neque ff. de adoptio.Moron.de fid. treg. & pace quæstione 72. numero secundo in in volumine 11.par.prima tracta. 429. Ias. in l. Gallus §. forsitan

numero

numero 6. ubi Castr. numero 2. & Alex. num. 5. ff. delib. & posth. De ver: Personaliter in cap. 101. num. 25.

Reliqua vide in seq. num. 7. & de clausula Constituti personaliter in cap. 1. num. 12.

7 CORAM D. C. IVDICE ORDINARIO, &c. Et sic an coram competenti iudice fiat adoptio vide l. 1. l. 4. l. 6. l. fin. C. de adoptio: Bald. in d. l. 1. C. eod. Dyn. de subcessio. ab intest. num. 9. in vol. 8. p. 1. tract. 318. Aret. in §. sed & si pater num. 1. Inst. quib. mo. ius patr. pot. solu.

Sed si fiat coram incompetenti vel non ordinario iudice vide Ricc. de vnit. prol. cap. 4. num. 30. in v. 6. p. 1. tract. 20.

Item an intelligatur de iudice ordinario patris vel adoptandi Rol. in cons. 12. nu. 21. vol. 4.

Iudex ordinarius an possit adoptionem delegare leg. 1. ff. de off. eius Missing. & alij in §. adoptio autem num. 3. Inst. de adopt.

Quid si fiat in loco insolito vel nō ordinario quod praesumatur fraudolenta Dec. in cons. 399. num. 9.

Item an fiat apud simplicem magistratum Tiraqu. in l. si vnquam in ver. susceperit nu. 89. C. de reuoc. donat.

Item an possit fieri coram notario l. adoptio vbi Bald. C. de adoptio vide dicta in cap. 62. num. 60.

Aduerbum coram vide dicta in cap. 154. num. 16. & in capitul. 155. num. 4. & Aduerba illa Pro tribunali sed &c. vide dicta in cap. 75. num. 33. & in seq. num. 8. & in c. 119. nu. 8.

8 AD EIVS SOL. IVR. BANCHVM, &c. In c. 76. num. 33. & in praeced. nu 7. & in c. 119. nu. 8.

An possit fieri tempore feriato Specul. de ferijs §. 2. numero septimo vers. porro.

9 QVI QVIDEM BEN. VOLEN. &c De relatiuo Qui in cap. 70. numero 2. & in capitulo 63. num. 44. De verbo volo in cap. 78. nu. 31. & in c. 94. nu. 57.

Quid si adoptans filios procreare non posset an possit adoptare vide l. si pater fam. §. in arrogatione ff. de adoptio. §. sed & illud Inst. de adoptio. l. 2. §. illud & l. arrogatio §. fin. ff de adoptio vbi DD. Bal. in §. in pluribus Inst. de adoptio vide hic infra nu. 12. 13. 19.

Qui vxorem habet vel non habet potest adoptare l. & qui vxores ff de adoptio. Missing. in §. licet autem Inst. eod.

Clericus an possit adoptare Alex. in l. gallus §. quod si num. 10. ff. de liber. & posth. Io. Cintol. in arb. cogn. spirit. in ver. adoptio in vol. 9. tract. 158.

Femina non potest adoptare § faeminae vbi Missing. num. 1. & Faber & DD. Inst. de adoptio.

10 LEGIPT MO ADOPTIONIS ACTV, &c. Adoptio enim est actus legiptimus Bald. in l. 1. numer. 4. C. de adopt. Rolandin. de

testam.rubr.17.numero 10.in vol.8. par. 1. tract.7. Cagn. in leg. actus legiptimi num.6.ff.de regul.iur.
Quid autem sit adoptio hic infra num. 13.
11 AD SOLATIVM,&c. Ad hoc enim est inuenta adoptio leg.cum eum C.de adoptio l. adoptio enim ff.eod. Azzo in summa C.de adoptio num.1.Io.Cyntol.in arb.cogn. spirit.in titu.de cogn. leg. vers.vide adoptio in vol.9.tract.157.col.3.
Si autem ex turpi causa fiat adoptio vide l. nec ei in princ.ff. de adopt.Spec.de rest.in integr.§.2.num.3.
12 DICT. CAROL. SIBI IN FIL. LEGIPT. &c. Hoc dicitur quia adoptio facit eum vere filium legiptimum Io. Lecier de primog.q.13.lim.1.num.5.in vol.10.p.1.tract.28.Io. Cintol.in arb. cogn in v.9 tract.157.158.uide hic infra nu. 19.
Intellige quod adoptandus sit in ætate in qua possit esse filius adoptantis Rimin.in cons.660.num.25.vol.4. facit l. adoptio ff.de adoptio Port.in §.minorem natu num. 1.cum seq.Inst. de adoptio Ias.in l.filio quem pater num.26.ff. deliber.& posth. Bald.in d. §. minorem num.1.vide dicta hic supra num.9. & hic infra num. 13. 19 Io.Cintol.de cognat.spir.in c.adoptio in vol.9.tract. 158.& infra in c.118.num.10.19.
An possit adoptari in locum nepotis quod sic in §.licet vbi DD. Instit.de adopt.
Filius naturalis quod non possit adoptari Tiraqu. in leg.si vnquam vers.donat.largitus numero 295.C.de reuoc.donat.l. legem C. de natural.lib.
Quid differat adoptiuus à naturali vide hic infra nu.19. Ad verbum dictum vide in c.69.nu. 17.
13 DARI TIT. ADOPTIONIS,&c. Adoptio quid sit vide l. adoptiones ff.de adopt. Abb.in rub.de cognat.legab.Io.Cintol. in arb. cogn.de cogn.leg.vers.adoptio in v.9.tract.157. col.3. Rolandin. de testam.rubr.17.nume.5.10.11. in vol.8.par.1. tract.7. Ant.de Ross.de subcess.ab intest.num.61.in vol.8.p.1.tract.362. Aret. in §.adopt.num.2.Inst.de adoptio.Port.Inst.de adoptio in princ.nu. 8.& ibi Missing.nu.8.vide hic supra nu. 10.
Ad verbum dari vide dicta in c.92.nu.4.
Ad verbum titulo in c.94.num.60.in fine.
Alia vide hic supra num.9.12.& infra num.19.
14 *Idem Hyeron.ipsum Carol. &c.* Ad verbum idem vide in c.102. in p.num.34.
Ad verbum ipsum in cap.101.nu.12.
15 CONSENTIENTEM,&c.An requiratur consensus vide §.sed & si pater Inst.quib.mod.ius patr.pot.sol. l. neque absens l. in adoptionibus,ff.de adoptio.l.fin.§.fin.C.de adoptio. Bald.in l.cum in adoptiuis in princ. numero 3. C. de adoptio §. sed & si quis vbi
Missing.

Missing. & DD. Inst. de adoptio vide in cap. 118. nu. 28.
Quod requiratur præsentia hic supra nu. 6.
16 *In præsent. d. D. iudic. &c.* Hic supra nu. 6 7.
17 IN ADOPT. LIBERE CONTVLIT, &c. Ad verbum Libere adducta in c. 80. nu. 38. & in c. 86. num. 12. adoptio quid sit hic supra numero 13.
De verbo Contulit fit mentio in §. sciendum Inst. de donat. vbi stat pro dare & donare hic autem pro communicare vel contribuere cum remaneat patria Potestas argumen. leg. 2. §. si nauis ff. ad leg. Rod. de iact. & l. 1. C. de collat. vide quæ dicit Anto. Gumbert. de sponsal. in tit. qui poss. contr. numero nono in volumine nono tract. 48.
18 *Ipsi Bened. præsenti, &c.* De verbo ipsi in c. 101. n. 12. & de præsentia hic supra nu. 6.
19 IPSVM CAR. EIVSDEM BENED. FILIAT. SVBMICT. &c. Ad verbum ipsum in capitulo 101. numero 12. filius enim adoptiuus in pluribus assimilatur filio naturali §. in pluribus *Inst.* de adoptio. & quid differat à naturali Bald. in l. si arrogator numero 17. ff. de adoptio. Missing in §. minus numero 1. *Instit.* de hæred. quæ ab intest.
Adoptiuus tamen venit appellatione filiorum sed per fictionem Rimin. in consilio 324. numero 1. 2. volumine 2. & quod sit filius per fictionem Roland. in consilio 18. numero 24. volumine 2. & pater adoptiuus est pater per fictionem Roland. eod. num. 23. sed tamen adoptiuus filius non vocat in iudicio patrem sine venia Roland. eod. num. 25. Tiraq. in l. si vmquam in ver. susceperit nu. 21. C. de reuoc. donat. Aret. in §. sed hodie numero 1. *Inst.* de adoptio & adoptio quod dicatur imago dicit *Ias.* in leg. filio quem pater numero 13. ff. de liber. & posthum. vide dicta hic supra numero 12.
Adoptiuus cum dicatur filius per fictionem an veniat in statuto excludente filias propter filios Rip. in l. si vmquam numero 62 63. cum sequ. C. de reuoc. donat. vbi Tiraqu. in ver. susceperit numero 11. Anania in consilio 27. vbi Bologn. in addit. per totum vide infra in c. 118. nu. 23.
De verbo Submictere quid significet Redoan. de reb. eccle. non al capitulo 41. numero 1. cum sequen. in volumine 15. par. secunda tractat. 404.
20 PATRIA TAMEN POTEST. &c. Quid sit patria potestas, & eius effectus Asc. clem. de patr. pot. cap. 2. num. 1. cum cap. seq. in vol. 8. p. 2. tract. 98. § ius autem potest. Inst. de patr. pot. vbi Bald. nume. 1. l. nam & ciuium & l. item in potestate ff. de his qui sunt sui vel al. iur.
Patria enim Potestas licet regulariter constituatur per adoptionẽ

Bald.in §.1.numero 1. Inst. de adopt. tamen non transit in adoptantem nisi in aliquibus casibus de quibus in §.sed hodie Inst.de adopt.l.cum adoptiuis vbi Bald.num. 1. C.de adoptio §. sed & si pater Inst.quibus mod.ius patr.pot.sol.Asc.clem.de patr.pot. ca. 5.nu. 5.in vol. 8.p.2.tract.101.Paris.in consilio 16. nu.21.vol. 2.

21 *Inse ad integrum reseru. &c.* Ad verbum Integrum vide adducta in capitulo 63.nu.34.

Ad reseruationem vide adducta in c.87.numero 10.in capitulo 99. num.29.& in c.109.nu. 27.

Reliqua uide in praeced.nu.20.per totum.

22 *Quib.omn.sic perattis,&c.*in c.76.nu.48.49.50. 51.

23 *Dict.D.Iudex,&c.*Ad verbum dictus in c.69.num.17.ad verbum Iudex debet alienae necessitati occurrere vt in cap.88.nu.45.

Reliqua vide in seq.num.24.

24 INTERPOSVIT ET DECRETVM,&c. De decreto in c.75.n. 52.& in c.73 num.8.in fine & in c.119.nu. 66.

Adoptio enim sine decreto est nulla Paris.in cons.16.nu.20. uol. 2. Sed contra dicit faber in §.imperio num.2.Inst.de adopt.

25 *Mandans,&c.*in cap.63.num.64.uers. 5.

26 *Rogantes,&c.*in c.58.num.20.

27 *Confic.Instr.vnum vel plura,&c.*in c. 58.num.20. 21.

Quod Adoptio debeat fieri inscriptis facit l.fin.C.de adoptio. gloss. & DD.in leg. emancipatione C.de fid.Instr. Aret.& DD.in §.sed etsi pater numero. 1.Inst.quib.mo.ius patr. pot.sol.uide in capit. 118.in fine.

ARROGATIO CAP. CXVIII.

FOrmulam huius Instrumenti ponit Specul.in titu.de cogn. leg. numero 6.

Ad hanc materiam uide adducta in cap 117. in princ.& per totum latè,& pulchrè Paris. in cons. 29. cato sextum per totum uolum. 2. Specul. de cogn. leg. per totum & cur arrogatio fuerit inuenta Nicol.Boer.de statu,& uita eremit.cap.16.num. 2. in vol.8. par. 1.tract.406.& adducta hic num.21.cum seq.

1 PVblice omnibus pat.&c.in cap.1. num. 10.

2 CVM DE IMPERIALIS,&c. Arrogatio enim fit authoritate Imperatoris l.arrogationes. C. de adoptio.l.2.C eod.§.1.Inst.eod. l. in adoptionem la 2. C.de adopt.& coram ipso principe uel Imperatore Dyn de subcess.ab intest.num.8.in uol.8.p.1.tract. 318. & quare fiat coram Imperatore Riccard. de unitat. prol. capitulo sexto numero quinto in uolumine 6.p. prima tract. 21.Faber in §. Imperio

perio num 2. *Inst.* de adoptio vide hic infra nu.4.& nu. 15.

De *Imperatore* vide dicta in c.114 nu.1. & 12.

3 *Comitem Palatin. &c.* In capitulo 114. numero 26. & hic in sequ. numero 4.

4 INTERP. DECR. IN ARROG.&c. Quod dicta facultas possit concedi seu delegari Faber in §. Imperio num.1. Inst. de adopt. Aret. in §. adoptio num.4.6. Inst. de adoptio.

5 *Privileg. fu. concess. &c.* Quia regulariter ad Imperatorem spectat vt hic supra nu.2. & ad hanc clausulam vide adducta hic in preced. nu.4. in cap.114. num.13.17.

Quæ continetur, &c. vide adducta in cap.59. num.2.

6 BVLLA PREMVNITO, &c. in cap.114. nu. 94. Bulla enim Imperatoris olim erat aurea qua signabantur priuilegia sed propter periculum subreptionis hodie non seruatur nec etiam argentea vt per Restaur. Castall. de Imperat. q. 67. num.4. in volumine 16. tract. 47.

7 ET PER ME NOT. VISO, &c. in c.114. nu.13.17.

8 HINC EST QVOD ANT. &c. De dictione Hinc in capitul. 72. numero 10.

De nomine in cap.1. nu.11. & in cap.2. nu. 12.

9 ÆTATIS ANNORVM SEXAGINTA, &c. Hoc fundatur in l. si pater §. in arrogatio: vbi DD. ff. de adopt. nam ante annos 60. quis regulariter non potest arrogare sed studeat generationi vt in d. l. & per Boer. de statu & vita eremit. cap.16. num.1. in vol.8. p.1. tract. 406. Paris. in cons.29. cato sextu num.26.31.32.37. vol.2. vbi ipse Paris. dicit annum 60. esse terminum ætatis ad generandũ & citat Fulgos. in d. l. si pater in §. in arrogat. ff. de adoptio. vide hic infra num.19. & in c.117. nu.12.

11 *Constitutus personaliter, &c.* in c.1. num.12. & in cap.114. num.18. & in cap.117. num.6.

12 *Dicti Comiti Palat. &c.* Licet enim adoptio possit fieri coram ordinario vt in cap.117. num.7. arrogatio tamen non & quare vide hic supra num 2.

Item dicta hic infra num.15.

13 *Gerent. vicem imperat. &c.* Intellige si hoc in priuilegio ei concedatur ideo vide adducta hic supra numero 4. & in capitul. 114. num 13.17.

14 *Pro tribunali, &c.* In cap.117. numero 7. & in cap.114. num. 16. & in cap.76. num. 33.

15 EX CERTA SCIENTIA, &c. De hac clausula vide in capitulo 1. num. 21.

Arrogatio .n. debet fieri cum causæ cognitione sicut etiã adoptio l. si pater §. in arrogatio. ff. de adoptio §. cũ aũt Inst. de adoptio. l. nec ei §. & primũ quidẽ ff. de adoptio l.2. C. eod. Paris. in cõs.29. n.35.

vol.2.Port.in consil.105 nume.19.Io.Bru.de spõs.& matr.conc.27. nu.5.in v.9.tra.28. Ias.in l.si arrogator n.3. ff.de adop.vbi Ias. ponit circa quæ versetur dicta causæ cognitio,item vide Rol. in cõsil.67.num.54.vol.3.Bellon Instit.de pupill.subst.in princ.nu.28. vide hic infra nu.26. in med.

An omnes causæ arrogationis sint inquirendæ Aret. in §. cum auté nu.5.Inst.de adoptio.

Quid si nulla subsit causa idonea ad arrogandum vide leg. 3. C.de adoptio.

16 *Non per errorem,&c.* In c.62. num.7.

17 *Omni meliori,mo,&c.* In cap.1. num.23.

18 IOANNEM FILIVM QVONDAM,&c. De nomine in cap. 1. num.11.& in cap. 2.num.12.

De dictione Quondam quod denotet quem esse mortuum Marant. in l.15.potest num. 171.de acq.hæred. Alex.in cons.14. nume. 15. vol.6.Fely.in cap ex parte B.num. 3. de foro compet. Tiraqu. de retract.ligna.§.1.gloss.9.num.5 f.

Dicitur hic Quondam quia arrogandus debet esse sui iuris Boer.de stat.& vita eremit.cap.16.num.14.in vol.8. p. 1. tract. 406. facit §. Imperatoris Inst.de adoptio. leg. 2. ff. eod. leg. cum in adoptiuis §.fin.C.eod.

Quod dicta dictio Quondam aliquando subaudiatur Tobb.Non.in §.aliquando num.1.Inst. de vsucap.

Et quod remoueat significatum verbi à præsenti tempore Felyn. in c.fin num.1.de testib.cog.Tiraq. eod,

19 ÆTATIS ANN. VIGINTI, &c. Et sic in ætate in qua poterat esse filiũ arrogantis l.adoptio.ff.de adoptio,Paris.in cons.29.per totũ v.2.facit §.minoré vbi DD. Inst. de adoptio. vide hic supra num.10.& in c.117.num.12.

20 VEL CIRCA,&c. De hac clausula vide dicta Menoch. de arbitr.Iud.cent.1 cas.46.num.3.& cas.57.num.30. Cæpoll. in crimin. in consil.19.n.8.Rim. in cons 99.n.45.vol.1.Carp.ad stat.mediol. in c. 179.per totum vol.1.

21 IN FILIVM SIBI ARROG.&c. Quid sit arrogatio Aret.in §. adoptio num 3.Inst. de adopt Mising. Inst. de adoptio. in princ. num.7.eod.Roland.de testam.Rubr 17.num.3.& num.12.in vol 8. p.1 tract.7.Medic.de diffin.diffin.74.num.4.in vol 18. tract 311. & Instit.de adoptio.in princ.l.2.ff.eod.l.cum adoptiui § fin.C de adoption.Arrogatio autem vnde dicatur Roland.de testam. Rub. 17.num.13 in vol.8 p.1.tract.7.Nicol.Boer.de statu & vita eremit. c.16 nu 3.in v.8.p.1.tract 406.

Qui autem dicantur filij arrogati Boer.de statu & vita eremit.c. 16. nu 1.in vol.8.p 1.trac. 406.

Arrogatio an intelligatur facta citra præiudicium venientium ab in testato

testato & quãdo est facta de impubere Bello. Inst. de pupill. subst. num. 28. vide hic infra num. 23 & in cap. 117. num. 19. in fine & hic infra numero 25. prope finem.

22 ET IPSVM CVM OMNIBVS, &c. Omnia enim arrogati trãseunt in arrogantem modo tamen & prout dicitur Inst. de acqu. per arrog. in princ. & in l. si pater fam. in princ. ff. de adoptio. Ias. in l. si arrogator num. 6. ff. de adoptio. vide hic infra numero 25. in princ. cum seq.

An autem arrogator de dictis bonis teneatur facere inuentarium quod non vide quos refert Roland. de confect. inuent. p. 1. q. 29. in vol. 8. p. 2. tract. 171. vide hic infra num. 25.

68 *Sedentes* &c. In cap. 141 nu. 18. & in preced. n. 67. in c. 78. n. 16.
69 *Florentię in popul.* &c. In cap. 1. num. 7. in cap. 63. num. 26;
70 *Sub anno*, &c. In cap. 1. num. 2.
71 *In dictione* &c. In cap. 1. num. 3.
62 *Die*, In cap. 1. num. 4.
73 *Absentib.* &c. An laudum feratur absentibus partibus si in compromisso non fuit conuentum in cap. 140. n. 42. De absentia vide dicta in cap. 2. nu. 63: in fine.
Ratific. autē quod fieri possit absēte parte Asin. ad stat. Flor. in prax. §. 7. c. 5. limit. 123 num. 4 Bart. in l. quo enim in fine, ff. rem rath.

hab. Bertazol. de clausul. clausul. 4. gloss. 12. nume. 2. Bartol. in l. Pomponius num. 1. ff. de negoc. gest. vbi etiam Alex Socc. in consil. 158. num. 6. vol. 2.

Ratificatio quando non possit fieri absente parte Aret. in consil. 128. num. 6. Soc. in consil. 105. num. 10. vol. 4.

Si autem partes sunt præsentes dicas.

74 PARTIBVS PRÆSENTIBVS &c. In cap. 1. num. 12. cum partes sunt præsentes quod non requiratur infrascripta notificatio Dec. in consil. 618. num. 2. in fine vol. 2.

Quid si de compromisso non appareat & laudum feratur partibus præsentibus in c. 144. num. 10.

75 AVDIENTI ET INTELLIGENTI &c. In cap. 61. num. 8. in fine in cap. 66. num. 4. in c. 1. num. 12. & in cap. 148. nu. 3.

76 DICTVM LAVD. ET OMNIA &c. Quid operetur ratificatio omnium & singulorum Aret. in consil. 114. num. 5. non comprehendit tamen dolo gesta Bertaz. de clausul. clausula 4. gloss. 12. num. 2. sed uide quæ dicit Carpa. ad stat. med capitu. 337. numero 71. 72. volum. primo Damaud. in patr. pupill. cap. 2. num. 32. in volum. 8. par. 2. tract. a 383. vide dicta in capit. 148. nume. 13. & supra in cap. 107. num. 8. & 45. in cap. 60. num. 19. cum plur. seq. & in seq. nu. 77.

Ratificatio an fieri possit pro parte Bald. in l. ordo num. 11. C. de exec. re iud. Borgh. de tut. & Cur. num. 76. pulchre Paris. in cons. 24. num. 160. 161. volu. 2.

Ad verbum dictum in cap. 69. num. 17. Ad uerbum Laudum in cap. 144. in princ. Ad verbum omnia hic supra num. 64.

77 RATIFICANTIBVS &c. Ad materiam ratificationis vide Bertaz. de clausul. claus. 4 gloss. 12. & hic infra sub hoc num.

Si non appareat de compromisso & fiat ratificatio laudi an valeat ratificatio in cap. 144 num. 10.

An possit ratificari antequam feratur in cap. 140. num. 65. in fine & an possit ratificari pro parte in præced. nu. 76.

Laudum nullum vel dolo gestum an possit ratificari vel emologari in præced. nume. 76. Dec. in l. semper qui non prohib. nume. 16. ff. de reg. iur. Rom. in cons. 175 num. 4. Paris. in cons. 49 nu. 13. v. 1. Dec in l. quod initio num. 2. ff. de reg. iur. Paris. in cons. 24. nu. 159. 160. v. 2. Alex. in add. ad Bar. in l. licet §. si seruus ff. de pecul. latissime Gabriel. in conclus. in tit. de sent. concl. 2. Dec. in consi. 499. nu. 13 Corsett. in singul. in ver. Arbiter nu. 1. vide dicta in c. 144. nu. 10. Alex. in l. eius num. 8. ff. si cert. pet. Bart. in l. obseruare n. 4 ff. de off. procons. vide infra in c. 148. num. 13.

An valeat saltim promissio licet ratificatio non valeat Afflict. decis. 117. pro-

117.promissio per totum Rom.in cons.175.nu.4. Pinus in cons. 17.nu.8.Dec.in cons.475.num.33.34.Afflict.decis.220.nume.20. & vide hic infra num 79.

Item ratificatio ista quo ad laudum latum per arbitrum fieri potest expresse uel tacite sed latum per arbitratorem debet fieri expresse Soc.in cons.105.num.9 10 vol.4.

Nota quod ratificatio fit tribus modis duobus ab homine facto vel verbo, & uno a lege idest lapsu temporis Paris.in consil.49.nu. 7.vol.1.Borgn.de tutor.nu.147.Dec.in cons.486.num.12 facit l. Paulus ff.rem ratihab.Bertaz.de clausul.claus.4.gloss.12.num.1, in seq.cap.148.nu.20.

Effectus autem ratificationis laudi quis sit vide Soc.in cons 101.n. 5.vol.3.Gramma.in decis.103.num.9.& num.108 Bald.in l.obseruare §.post hæc nu.4.ff.de off.procur.Alex.in cons.205.nume.1. vol.7.Soc.in cons.251.num.21.v.2.

Alia ad hanc materiam vide in seq.nu.78.& in cap.148.nu.3.20.

78 ET EMOLOGANTIBVS &c. Emologare est confirmare & est uerbum grecum & non latinum Lanfr. de arbitr. p.1.num.40 in vol.3.p.1.tracta.208.gloss. in ver. ad incer. in l. nec in arbitris §.fin.C.de arbitr.

De materia & effectu emologationis laudi latè Camban. de claus. in c.de emolog.arbitr.per totum in v.18.tract.457.Soc. in cõsi. 101.num.5.uol.3.

Non tamen validat actum nullum latè hic supra nu.77. emologatio an possit fieri ante latum laudum in capitu.140. nume.65. in fine.Et quid an emologatio habeat locum etiam in arbitramento vel arbitro tantum Soc.in consil.105.nu.9.vol.4. Bald. in add. ad Specul. de arbitr. & arbitr. & an in compromisso facto cum pœna uel sine Bald.eod.Bart.in l.2 nu.2.& in l.si duo rei in prin. num.1.ff.de recept.arbitr. Alia vide in cap.148.nu.20.

79 ET EX PACTO &c. Si laudum esset nullum non valeret ratificatio in uim laudi vt hic supra num.77.puta si esset nullum per dicta in cap.140.num.10.25.& in c.144.nu. 10. Sed in vim pacti potest valere declarando vt per Dec.in cons.499.nu.13.& consi. 475.nu.33.34.Aret.in cons.83.nu.10.in fine Soc.in cons. 105.n. 4.& 9.vol.4.& cõs.18.n.39.v.1.& cons.220.n.3.vol.2.& sic valet ut transactio Soc.in d.cons.220.vide supra in c.140.nu. 20.

Ad claus.ex pacto uide dicta in c.63. nu 164.

80 *Solem.Stipul.&c.* in c.60.nu 41.in c.62.nu. 9.

81 *Sibi inuicem &c.* in c.62.nu.33.

82 *Promittentibus &c.* in c.60.nu.38.c.62.nu.9.30.

83 *Obseruantiam &c.* In c.62.nu.35.c.75.nu.32.

84 SVB PEN. &c. RENVN &c. ET OBLIG. &c. In cap.140. num.79. cum seq. An sola ratificatio sufficiat ad incurrendum in

pœnam Bertaz. in l. si quis maior num. 320. C. de transact.
85 CLAVSVLIS &c. Clausulæ sunt sententie breuitatem rei cōtinentes Bertaz. de clausf. cla 4. gloss. 23. De dictis clausulis contētis in compromisso vide supra in cap. 140. per totum.
85 *Cautelis &c.* Hic supra num. 67. & in cap. 145. num. 67.
87 *In d. Instrum. &c.* De dictione In in cap. 1. nu. 1. In c. 63. nu. 33. de dictione dicto in cap 69. nu. 17. De Instrumento in ca. 90. nu. 58. & aliqua in c. 3. nu. 9. Cum hæc uerba se referant ad compromissum vide de eo in cap. 140. per totum.
88 *Et præsent. test. b. s &c.* Vide in c. i. num. 8.
89 *Vocatis &c.* in cap. 1. num 9.
90 *Videlicet &c* in c. 144. nu. 33.
91 *Rogantes &c.* An de laudo sit conficienda scriptura in cap. 144. num. 30. Alia de tali clausula Rogantes &c. in c. 58. nu. 20.

RATIFICATIO LAVDI ALITER FACTA PER AMBAS PARTES. CAP. CXXXXVIII.

AD hanc materiam ratificationis laudi vide totum titu. ff. rem rath. hab: & in præc. cap. 147. a nume. 74. vsque in finem & hic infra per totum.

1 IO. *ex vna & N. ex par. alia &c.* in c. 109. nu. 3. 4. 5.
2 *Et quilibet eorum &c.* in c 65. nu 14. 16.
3 AVDITO ET INTELLECTO &c. Quia diuersa phantasmata in nobis generantur & ob id diuersæ sunt intellectiones nostræ Cagn. in l. nemo potest mutari num 4. ff. de regul. iur. sermonem autē proferre vnicum tantum habet intellectum Dec. in l. quoties idem sermo nu 4. ff. de reg. iur. Hoc enim dicitur quia non sufficit audire nisi intelligatur Ripa in l. 1. in princ. nu 45. cum seq. ff. de ver. oblig. & ea proprie audiri dicuntur quę perauditum intelliguntur l. 1. in fine vbi Bart. ff. de auth tut Aret. in consil. 122. nu. 3.
Ratificatio autem vt sit ualida requirit intelligentiā facti Bertaz: de clausul. clausul. 4 gloss. 12. num. 2. & vide quæ dicit in clauf. 5 gloss. 1. nu 2. in fine vide hic infra nu. 9. 10. in præced. c. 147 nu. 75. 77. & in c. 149. nu. 6. & adducta in cap. 51. nu. 8. in fine & in c. 66. nu 4. & in c. 1. n. 12 in c. 149. n. 8. in c 150. n. 26 & in c. 99 n. 9.
4 *Laudum & arbitramentum &c.* Quid sit laudum & arbitramentū in c. 144. in princ.
5 *Per D. & A. arbitr. &c.* in c. 140. nu. 22. 67.
6 *Deputatos per dd. part. &c.* Vt constet de authoritate per dicta in c. 140. nu. 10. 25.
7 *Et T. Tertium &c.* in c. 141 nu 24. 25. in c. 144. nu. 6.
8 *Prout &c.* De tali dictione vid. in c. 59. nu. 2.
9 ET EISDEM LECTO &c. Nota quot hic adsint cautelæ videlicet

licet. Primo audito & intellecto hic supra nu.3.Secundo lecto vt hic.Tertio uulgariter exposito vt in seq.num.10. Quarto ex certa scientia hic infra num.13.Quinto non per errorem infra num. 14.Sexto omni meliori modo infra num 15.

Non enim sufficit legere nec scientia laudi vel instrumenti nisi adsit etiam intelligentia vide dicta Abb in prohem. decret. nu 13. vbi etiam Fely.num.18.vt valida sit ratificatio Fusch.in singul.in ver.Ratificationem num 2.Crau.in cons.197 nu.14.Dec. in cons. 630.num.7. & 8.vide hic supra nu. 3. Nam Ratificans debet certificari non tantum de ipso facto sed et de qualitatibus facti Borgn.decis.46.num 102 Menoch.de recuper.in 2.resp. finar. art. 4. num.59.Alex.in consil 135.num.2.vol.7. vide dicta hic supra nu. 3.& in seq.num.10.14.in c 99.num.12.14.

10 ET VVLGARI SERM. EXPOS &c Vulgaris sermo intelligitur illud quod est secundum vulgarem loquendi vsum Alex. in consil.5.nu.11.cons.26.num 12.v.3. & cons. 102.& cons. 248. nu.5.v.6.& Riminal.in cons.211.nu.11. vol. 2.e secundum quod cadit in intellectu vulgarium hominum Soc. in cons. 267.num. 1.v.2.Bald in l.in legato n.1.C. de legat. Et sermo vulgaris multum debet attendi Io.de lign.de Amicitia in cap.amicitiæ partes nu.3.in v.12.tract.a 229.Alba.cons.52.nu.3.Ro.cons.32.nu. 3.

Nota ergo quod sermones nostri aptari debent intellectui audientis per ea quæ dicit Cagn.in l.fina.num.261.C.de pact.Hercul.in responso nu. 380.& sermones sunt clariores cum magis concordant cum rebus sensatis Gramm.decis.28 num.1.

Hæc & alia instrum. vt plurimũ latine pferũtur nã legalis sciẽtia nõ est vulgari sermone profanãda,Cagn.in l.2.n.219.ff.de orig iur.

Item si notarius dicat omnia predicta per me vulgariter stipulata fuerũt nõ acquiritur actio absẽti Berta.de claus.claus 18.gl 5.n.14

Itẽ hoc dicitur quia ratificatio nõ fit de ignoratis nec vbi deficit cõsẽsus Damaud. in patr pupill.c.2.n.32.in v.8 p.2 tra.383.Lãcell. de attent limit.27.n.15.16.v.5.tra.336.Ias.in l.nec is §. hæres institutus n 9.ff.de acq hæred.Paris.in cons.12.n.72.v.2.Borgn.decis.46.n.108.109.& incertitudo vitiat actum Don. a fina. in Enchir.concl.in uer.incertitudo & hic supra n.3.& nu. 9

11 *Et omnibus in eo content.&c.*Hoc dicitur per dicta hic supra n. 3. 9 10.& in c.147.n.76 in fine in c.63.n.66.in fine & nu.167.

12 *De quibus &c.se plen.certior.*&c. Ad hanc clausulam vide dicta in c.1.n.15.in fine de relatiuo quibus vide remissiue in c.111.n.6.

13 *Ex certa scientia &c.*Laudũ dolosum nõ ratificatur nisi data sciẽtia doli Crau.in cons.160 n.4.v.1.vide dicta hic supra n 3.9.10. & infra n.20.& in c.147.n 75.77.& de hac clausula in c.1.n. 21.

14 *Non per errorem,&c.*Errans non ratificat Bal.in l.1. n.22.C. qui admi. vbi Bart. sed quod sponte fit non est per errorem Castr. cõs. 216. confit. quæ sup.nu.1.v.1.Alia vide in c.62.nu.17.

15 *Eu*

15 *Et omni meliori modo,&c.* In cap.1. num.23.
16 *Dictum laudum, &c.* Quid sit Laudum & Arbitramentum in cap. 144. in princ.
17 *Latum per dd. arbitr.,&c.* In cap. 147. num.61.65.
18 *Electos,&c. inter dd. part. &c.* Ad valet laudum ab arbitris non electis in cap. 140. num. 10. 25.
19 *Et omnia; & singula,&c.* Vide remissiue hic supra num.11.
20 RATIFICAVERVNT,&c. ET EMOLOG. &c. Ratificatio quid differat à consensu Bald. in l. 7. si filius fam. num. 5. C. ad Maced. Cagn. in l. semper qui non proh. num. 13. ff. de reg. iur. Quid differat a confirmatione Aret. in conf. 128. num. 6. Quid sit Emologare in cap. 147. num. 78.
Ratificatio vt possit fieri quæ extrema requirat Bald. in l. obseruare §. post hec num. 6. ff. de off. procons. & quod requirat authoritatem & voluntatem Bald. in l. falsus col. 8. C. de furt. & fit vel verbo vel facto Roland. in cons. 4. num. 12. vol. 2. vide in cap. 147. num 77. & etiam taciturnitate vt in d. num. 77.
Ratificari an possit quod semel ratificare nolui Bald. in d. l. falsus num. 26. C. de furt. Specul. de defensore num. 1. vers. sed pone.
Ratificatio item debet fieri re integra Afflict. decis. 300 nu. 2. Ponta. de Sponf. cap. 13. num. 128. in vol. 14. tra. 277. Oct. Volp. de treg. & pac. q. 53 num. 1. 2. vol. 11. p. 1. tract. 413. Dec. in cons. 460. num. 37. & cons. 225. num. 11. 12. 15. Roland. in cons. 46. nu. 39. vol. 2. & cons. 78. num. 23. vol. 3. & cons 63. num. 53. 54. vol. 4 Fusch. in singul. in ver. Ratificatio num. 1. Hercul. de Caut. de non Offend. cap. 15. num. 12.
Ratificatio hec an possit fieri cum reseruatione iurisdicendi de nullitate vel iniquitate Aret. in cons 90. nu. 1. 2.
Ratificationi huic an possit contraueniri Cagnol. in l. semper qui non proh. num. 24. ff. de reg. iur.
Ratificatio quod præsumatur ex pluribus actibus vide late Tiraq. de Constituto par. 3. limit. 30. num. 12. cum plur. seq.
Laudum nullum an possit ratificari & alia vide in cap. 147. nume. 77. 78.
21 *Ex pacto,&c.* In cap. 147. num. 79.
Reliqua sequere vt in cap. preced. 147. a nu. 79. vsque in fine.
22 *Que omnia,&c.* Predictam clausulam & alias que solēt apponi vide in cap. 62. a num. 29. vsque in finem.
23 *Rogantes,&c.* In cap. 144. num. 3. in cap. 58. num. 20.

RATI-

RATIFICATIO LAVDI IN PRESENTIA PARTIS. CAP. CXXXXIX.

FOrmulam & Materiam hanc vide adducta in cap. 147. a num. 74. vſque in finem & in cap. 148. per totum.

1 *MArtinus, &c.* De nomine apponendo in cap. 1. num. 11 cap. 2. num. 12.
2 *Conſtit. in preſ. mei, &c.* In cap. 1. num. 12.
3 *Ac etiam, &c.* De dictione Ac in cap. 111. num. 15: de dictione etiam in cap. 69. num. 26.
4 *Thom. preſ aud. & intell. &c.* De nomine & de preſentia in cap 1. num. 11. 12. in cap. 2. num. 12. Ad verba Aud. & intellig. in ca. 148. num. 3.
5 *Omni mel. mo* &c. In cap. 1. num. 23.
6 ALTA ET INTELLIG. VOCE, &c. Vox eſt expreſſiua paſſionum quæ ſunt in corde l. labeo §. idem tubero ff. de ſuper. leg. gloſ. in l. nam & ipſum ff. de iuſt. & iur. Boer. in conſ. 40. nu. 51. Vnde notitia debet dari clara & aperta Lancel. de Attent. par. 2. cap 4. num. 65. 67. in vol. 5. tract. 302. & quia Vox alia eſt alta alia remiſſa vt declarat Bart. in l ſi tertius nu. 2 ff. de aq. plu. arc. ideo Vox aliquando eſt fallax & ambigua l. in ambiguo, ff de reo. duo. Pariſ. in conſ. 33. nu. 19. vol. 2. Franc. Caſon de Malef. tit. 8. cap. 1. num. 2 in vol. 11. p. 1. tract. 286. vide dicta in cap. 148. num. 3. & in cap 150. num 26.
Ambiguitas & incertitudo vitiat omnem actum d. l. in ambiguo ff. de reb. dub. vide dicta in cap. 2. num. 12. in cap. 148. num. 3 & 9 & in cap. 150 num. 26
7 *Ita quod, &c.* In cap. 65. num. 33
8 *Audi, &c. ca. intell. poſſ.* &c. Vide Bart. in l. ſi tertius num. 2. ff. de aq. plu. arc. vbi DD. vide hic ſupra num. 6. & in cap. 148. num. 3.
9 *Ratif. & emolo,* &c. In cap. 147. num. 77. 78. & in cap. 148. nu. 20
10 *Laudum,* &c. In cap. 147. num. 76.
11 *De preſ. anno die,* &c. Hoc dicitur per dicta in cap. 148. num. 3 9. per totum
12 *Per F. & R. Arbitros,* &c. In cap. 144 num. 3. 10 in cap. 140 nu. 22 in cap. 148 num. 3. 9
13 *Deputatos, &c.* Debet conſtare de deputatione arbitrorum vt in cap. 140 num. 10. 25 in cap. 144 num. 10.
14 *Ad d. M. ex par. vna & d. Io: ex par. al.* &c. De dicta clauſula in cap. 109. num. 3. 4. 5.
15 *Rogatum &c.* Et de inſtrumento & de contentis in inſtrumento conſtare debet in cap. 148, nu. 9. An de neceſſitate ſit faciendum

dum instrumentum de Laudo in cap. 134 num. 3. Quid sit instrumentum vide in cap. 90. num. 58. in cap. 3. num. 9. & hic relata inseq num 16.

16 *Not. Flor. &c.* Hec requiruntur vt dicatur publicum instrumentum in cap. 1. in princ. & num. 1 cum seq. & in cap. 3. num. 9. in cap. 98. num. 50.

17 *Et ex pacto, &c.* In cap. 147. num. 79. & alia in cap. 63. nu. 164.

18 *Promisit, &c* In cap. 60. num. 38. in cap. 62. num. 9. 30.

19 *Obseruantiam, &c.* De verbo obseruare in cap. 62. num. 35. & in cap. 75 num 32. & alia vide in cap. 147. num. 76. cum plur. seq.

20 *Et omn. in eo cont. &c.* In cap 147. num 76.

21 *Et omn. & sing &c.* In cap. 62. nu. 29. & in cap. 63. num. 66. in fine & nu. 167.

22 *In pred & circa pred &c* In cap. 58. num 2.

23 *Pro validitate d. Laudi, &c.* Quia ex pluribus laudum potest dici nullum vt in cap. 140. num. 10. 25. 65. 68. 70. in cap. 141. per totum & in cap. 144 num. 10.

Si autem Laudum esset nullum, an dicta ratificatio valeat in capit. 147. num. 77. & an valeat in vim pacti in cap. 147. num. 79.

24 *Rogantes, &c.* In cap. 144. num. 3. in cap. 58. num. 20.

NOTIFICATIO LAVDI FACTA DOMI. CAPIT. CL.

FOrmula huius Instrumenti cum tota materia est elicita ex statuto Florentino de Notificatione Laudorum Rub. 68. vol. 2. vbi vide etiam alios modos notificandi lauda.

Ad hanc materiam vide etiam Carp ad stat. med. cap. 116. num. 112 113. vol. 1 & in puncto de statuto Florentino vide Rom. in cons. 141 eximie Castr. in cons. 309. videtur dicendum d. notif. vol. 1. & ad materiam notificationis vide dicta in cap. 156. num. 33. 36. 41. & hic infra num. 13. & num. 26.

1 C*Ertum esse dicitur*, &c. In cap. 66. num. 2. in capit. 91. num. 1.

2 *Quod de praes. ann* &c. Ad hoc faciunt dicta in cap. 148. num. 9. & in cap. 1. num. 2. cum plur. seq. & num. 10. quid sit annus in cap. 88. num. 11. in fine.

3 *Per B. arbit. & arbitr.* &c. In cap. 140. num. 22. & in cap. 144. in princ. & num. 3.

4 *Electum*, &c. In cap. 140. num. 10. 20. 25.

5 *A. S ex par. vna, & A* &c. In cap. 109. num. 3. 4. 5.

6 *Fuit latum laudum*, &c. Quid sit laudum & alia in cap. 144. in princ. cum seq. & ad clausulam Latum vide in cap. 147. num. 61.

7 Roga-

7 *Rogatum manu &c.* Vt instrumentum dicatur rogatum quæ debeant interuenire vide in cap.58.nume.20.& cap. 1.in princ. & num.1.cum seq.& num. 10.& in cap.3 num.9 Alia vide in c.148. num.9.in cap.149.num. 15.

8 *Et cuius tenor est &c.* Quod debeat fieri mentio de toto tenore laudi est ex dispositione statuti Flor. rub.68. vol. 2.

Quod tenor scripturæ multum debeat attendi & quare & quod notarius teneatur legere totum tenorem antequam roget vide dicta in cap.1.num.12 in fine & in cap 99 num. 12. 14. & hic infra num.30.& in c.148.num 3.9.& in c.154.nu.11.

9 *Prout prædicta &c.* in c 59.nu.2.

10 *De quo fuit rogatum &c.* Vide remissiue hic supra num. 7.

11 *Vnde &c.* De hac dictione vide in cap.77.nu.7.

12 *Hodie hac præs. &c.* De hoc verbo hodie vide in cap. 91. num. 5. & de apponendo die mense & anno in cap.1.num 2 cum seq.

13 DICT. LAVR &c. Notificatio an possit fieri per non habentē mandatum Tiraq de retract.lign.§ 35.gloss.2.num.7 8 Rom. in consil.204.num. 11. Quid si notificans haberet mandatum sed eū non produceret vna cum notificatione Roman.in cons. 204 nu. 12.vide dicta in c.116.in fine Bart.in l si quis inficiatus in princ. num 1 ff depos.& hic infra num.30.An autem in facienda hac notificatione per alium requiratur mandatum speciale Castr. in consil.84.visa d.facti num.7.vol.1.facit l.item veniunt § petitum vers a quo ff.de pet.hæred.sed uide gloss. & Bar.in l.1.§.1.ff.deliber.agnos.Alia vide in c.156.nu.33. 41.

14 *Asser.perq.præsentiam &c.* De verbo asserens vide in cap. 110. num.26.& hæc verba dicuntur per dicta in c.62.nu. 17.

15 *Non valens ipsum person.alloqui &c.* In cap.62.nu.17.

16 *Propterea &c.* in c.94.nu.22.

17 CONSTITVTVS &c. AD ET APVD DOMVM HABIT.&c. Constitutus hic num.13.& in c.1.n 12.

Dictio ad significat iuxta & denotat propinquitatem Port. in §. & vnum num.3.Inst. de hæred.Inst.Bart.in l quidam iberus nu 3. & ibi in addit.ff de seru.vrb.præd.gloss.& Bar.num.1.& Bald.nu.2. in l.militis codicillis in princ.ff.de milit.test.& denotat cohærentiam Bart.in l.meminisse num 4.ff.de off. proconsul. & leg. uide de tali dictione Cæpol.in cap.31.de flumin nume. 14 in tract. de seruit.rust.præd.in vol.6.par.2.tract a 239 Tiraq.de retract. lign. §.1.gloss.11.nu.67.late Alber.in diction.in ver. Ad

Apud significat propè & coram & in præsentia Ias.in l.1. in princ. n. 93.ff.de acq.poss.Tobb.in Rubr Inst. de oblig nume. 11. in med. facit l.apud antiquos vbi DD C. de furt. l. is apud quem C. de edendo Bart in l.si quis in tantam nume. 2. vers.oppone dicitur hic C.vnde vi Io. Andr.in cap.fin.de consuet.in 6

Gg Domus

Domus solite habitationis quæ dicatur vide in cap.88. num. 50.&c domus appellatione quid veniat in cap.63.nu.18.cum seq.
Notificatio & citatio quando possit vel non possit fieri domui vide dicta Castr.in l.4.prætor ait per totum ff.de damn.infect. vide in cap.62.num.17.
18 *Dicti siluestri &c.* Et sic non ad domum alterius vt in d.stat. rub. 68.vol.2. & ita debet fieri quando personaliter non inuenitur vt in d.c.62.nu. 17.
19 *Positam in populo &c.* Et locus & locus loci poni debet in cap. 1.nu.7. & in c.63.nu.26.
20 ET IN PRES.IO.ET N. DE CONVICINIA &c. Ita disponit dictum statutum rubr.68.vol. 2.
Vicinus vel de vicinia qui dicatur Bart. Castr. & DD. in l. si tertius num.2.ff.de acq.pluu.arc.Bart.in l.talis num. 4.C. de his quib. vt indign.vbi Alex.num.2.Ias.num.1.& 2.Carp. ad stat.medio.cap. 115.num.112.113.114.volum.1.in cap.218.num.3.vol. 1. Bertaz. de clausul.clausf.24.gloss.4.num.1. Menoch.de arbitr. iudic.cent. 3.cap.222.per totum latè Igneus in l.1.§.hoc autem S C. num. 23.cum seq.num.91 ff. ad syllan. quem citat Decia. in diction. Alber.in ver.vicinus Bald.in l.si vicinis num.4 C. de nuptijs & & in l.aduersarium num.2. C. de postl. reu. & in l.domini §. hoc autem num.2.ff.ad syllan. Abb.in c.quosdam nu.2.de præsump. Ripa in l.1 num.45.ff.si cert.pet Aret.in §.item verborum nu.2. Inst.de inuti l.stipul. Marant.in l.is potest num.300. ff. de acqu. hæred. Rimin in cons 31.num.35.36.v.1.
21 *Habens copiam d.Laudi &c.* Hoc dicitur per dicta hic infra nu. 30.& in c.148 num 9. Quid autem sit laudum & arbitramentum vide in c.144.in princ & nu.30.
22 *Omni meliori mo.&c.* in c.1.nu.23.
23 *Dictum laud.& arbitr. &c.* Quid sit laudum & arbitramentum in c.144.in prin.& num.30.
24 *De quo vt supra rogatum &c.* Ad relatiuum quo in c.70.nu.2. Ad dictionem vt supra in cap.63.nume.44. Ad verbum rogatum hic supra nu. 7 remissiue.
25 *Et omnia & singula &c.* In cap.62.num 29.in cap.63. nume.66. in fine.
26 NOTIFICAVIT &c. Tempus enim à lege vel statuto inductũ non currit nisi à die scientiæ ideo requiritur notificatio vel sciẽtia Carp ad stat.med.cap.116.num.112.113. vol. 1. Tiraq. de retract.lign.§.36 gloss.1.num.1.2.Alex.in l.1.num.8.ff. si quis caut. vide hic seq.
Notificatio quid sit & qualiter regulariter fiat Tiraqu. de retract.lign.§.36.gloss.2.num.1.& per totum & talis notificatio aliquando dicitur interpellatio Dec.in l.vinum num.13.in fine ff. si cert.

pet.

per. Alex.in l.1 ff.si quis caut. Notificatio tamen differt a requisitione vide in cap.156 num.41.

Notificatio facta domi quod faciat præsumere notificatum sciētiā habere de contentis in notificatione vide Bertac.in repert in ver. citatio ad domum num.10. Alex.in l.1.num.10 ff. si quis cautio. vide dicta in c.62.num.17.

Notificatio quod sit necessaria vt actus præiudicium afferat notificato Rimin.in consl 66.num.7.vol.1. & notificatus non contradicens habetur pro ratificante Borgn.decis.27. num. 6. & decis. 21.num.78. vide dicta in cap.66.num.4.& in cap.148.nu.3.

An contra notificationem possit iurari de ignorantia Alex. in add. ad Bart.in l.inter omnes § recte in ver. tamen breuiter ff. de furt. & in l.de pupillo §.nuntiationem num.14 in fine ff.de oper.nou. nunc vide dicta in c.61.num 8.in fine.

Quid si is cui erat facienda notificatio decesserat & hæreditas erat iacens an valeat notificatio & an adhita hæreditate iterum sit notificandum vide cautelam quam ponit Castr. in l. dies cautioni § toties num.2 ff.de damn.infect. & vide statutum Flor Rub. 68 volum.2.

Alia vide in cap.156.num 41 in cap.154.num 13 prope finem.

27 DICTO SILVESTRO &c. Notificatio fit ipsi Domino & nō procuratori etiam habenti speciale mandatum quando requiritur uera scientia Bar.in l.non solum §.morte num.61 ff.de oper. no.nunc. Alex.in prima addit. ad Bartol. in l.si quis inficiatur in princ.ff.depositi gloss.in clem.causam de elect.in uer. specialiter vide statutum Flor. Rub.68.vol.2 & dicta hic num.30.& in cap. 148.num.9.& in c.62.nu. 17.

28 *Ipsumque laudum & omnia &c. ratificauit &c.* In c. 148. & 149. per totum & aliqua in c.147.num.77.

29 *Et Emologauit &c.* In c.147.nu. 78.

30 DICTVM LAVD. ET COPIAM ET TENOREM &c. DIMISIT &c. Hoc fundantur in d. statuto Flor.Rub 68.vol.2. & de iure communi an debeat ostendi vel copia dimicti si à parte non petatur Tiraq.de retract.lign.§.1.gloss.10.num.108. vide in argumento Castr.in l.4.§.toties nume. 5. ff. de damn. infect. Alia uide in c.116 in fine & hic supra num.13.

Item hoc dicitur quia debet constare de scientia instrumenti & de contentis in eo vt in cap. 148. nume.9. & notitia debet dari clara & non sufficiunt coniecturæ Lancellot.de attent.par.2.cap.4. num.66.in v.5.tract.a 302.

De tenore instrumenti legendo & eius effectu vide in cap 99 num. 12.14. Alia vide in cap.148.num.3.9.& hic supra nu.8. & in cap. 154.num.11.

31 OSTIO ET AD OSTIVM &c. Ita disponit dicta statutum

Flor. Rub.88.vol.2. Citatio facta ad ostium domus de iure communi quod non valeat Bart.in l.1.§ habitare ff. de his qui deiec vel effud. Alex.in add.ad Bart.in l.1.§.1.ff decloacis vide in cap. 101.num.9.

Porticus autem an veniat appellatione Domus vide Iaſ. in l. cętera §.hoc Senat.conſ.num.9.ff.de leg.1.vide dicta in cap.63. nu. 18.verſ.3.

De dictione ad vide hic ſupra num.17.

32 *Solitæ habitationis &c.* Hic nume.17.in cap.88.nu.50.in fine.

33 *Et omnia & ſingula &c.* In cap.62.num.29.in capitul.63. nume. 66.in fine.

34 *In prædictis & circa præd.&c.* in c.58.num.2.

35 *Secundum formam ſtat.&c.* Iam dictum fuit hoc eſſe per ſtatutũ Rubr.68. vol.2.

36 ET QVAE FAC. TENEBATVR DE IVRE &c. De iure cõmuni quæ facere teneatur hic ſupra num.14.reuiſſiue & nu.17. 26.30.

37 ET SECVNDVM ORD. COM. FLOR. &c. d.Stat. Rub.68.

38 *Pro validitate d. laudi &c.* Quia non ſeruata forma d.ſtatuti dictum laudum eſſet nullum vt in dicto ſtatuto faciunt dicta in c. 76.num.15.& in c.144 num. 32. & an eſſet nullum de iure communi hic ſupra per totum & in c.139.num.23.

39 *Rogans &c.* In c.58.num. 20.

Vltra duos teſtes de vicinia qui debent poni ex forma dicti ſtatuti Rubr.68. vol.2. Debent poni alij duo teſtes per dicta in c.1. nu.8.9.

INSTRVMENTVM PACIS. CAP. CLI.

FOrmulam huius inſtrumenti vide Specul. de tregua & pace num.1.& quæ de ea dicit Bart.in l.de die in princ.num.4.cum ſeq.ff.qui ſatiſd.cog.& ibi Alex.num.5. vbi tractat quid faciendum ſi partes diſcordant in formula inſtrumenti ſuper pace facienda.

Ad hanc materiam vide Corſett.de Priuileg.pac.in vol.12.tract.a 224.qui nam actus debeant interuenire in pace faciẽda Corſett. eod.num.26.in vol.12.tract.a 226.& hic infra num. 30. & ad pacis materiam vide Octau. veſpell.de tregua & pace in v.11. p. 1. tract.a 406.Moron.de treg.& pac.eod.vol.418.Fely.& DD. ex de tregua & pac.Hoſtienſ.in ſumma eod.vide in ſeq.cap.152.cum DD.promiſcue tractent de tregua & pace vide Corr. Bruni de ſeditioſis cap.2.in vol.11.p.1.tract.a 121. Clar.in prax crimin.§. fin.q.58.Lud. Carb.de pacificatione in vol.12.tract.a 249.

De

De transactione super delictis Ias.& DD.in l.transigere C. de transaction.

An autem iste cōtractus possit celebrari in ecclesia Bertaz. de clausf. cla.2.gloss.1.nu.6.

1 A EX PAR. VNA ET A B. EX PAR. AL. &c. Vide c.109.nume.3. 5.& de nomine ponendo in c. 1.num.11.& c.2. nu. 12.

Pacem facere qui possint Octa.velpell. de treg.& pac.q.3.cum plur.seq.qq.& quæst. 68.nu. 2. in vol. 11.par.1 tract. a 406.

Pater an faciat pro filia Oct. velpell.de treg.& pac.q.8.9.num. 1.cū seq.in vol.11.p.1.tract.a 407.

Mulier an sine solemnitate statuti faciat pacem Carp. ad stat. med. c.318.num.161.vol.1.

Filia de morte patris an faciat pacem Alex. in l.pro hærede §. si sepulchri nū 6.ff de acq. hæred.

Pupillus an cum Tutoris authoritate Alex.in l.iusiurandi nume. 4. ff de iur.iur.Bald.in l.1.num 4.C.de in integr.rest. min.

Tutor pro pupillo an faciat pacem Don. a fina. in Enchir.concl. in ver.pax Bald.in l.pactum curatoris num.3. C.de pact.& in l.1.nu. 4.C.de in integ.rest. Castr.& DD.in l.rescriptum §. plerumque num.6.ff.de pact.

2 EORVM NOMIN.&c.Si non fuisset dictum an conferetur nomine proprio in cap 59.num 1. Quid si esset dictum pro se an venirent etiam adherentes Moro. de fid.treg.& pac.q 145.n.2.in v. 11 p.1.tract.a 447.

3 *Ac etiam &c.* De dictione ac in c.111.num.15. De dictione etiam in c.69 num.26.

4 *Pro & vice &c.* In c.99.nu.5.6.

5 CONSORT. ET CONIVNCT. PER LIN. MASC.&c. Quia iniuria facta vni ex consanguineis cēsetur facta omn. de familia Ias.in l.de pupillo §.si quis ipsi præt.n. 13. ff.de oper.no.nunc.& in l.1.n.7.8.ff.de in ius voc. vt eant. Alex. in conf.24.n.19 vol.2. Dec.in conf.162.n.5.& conf.686.n.17.Crau.in conf.119.nu.1.3.in conf.41.n.3.v.1.Fely.in c.literas n.8.limit.4.de præsump.Port.in cōs.114.n 12 Fusch.in sing.in ver.iniuria n.27.Alex.in cōs.2 n.9. vol.7.Paris.iu consil.15.num 28.vol.2.Grammat.decis.5.nume. 2. Alber.de mal.de testib.p.1.num.52.in vol.4 tract. a 163.Rimin. in conf.8.num.4.6.& conf.15 nu.19.vol.1.

Declara tamen ut per Menoch. de arbitr.iud.cas.263.nu. 4.

An cuilibet ex consanguineis competat actio iniuriarum Rimin.in conf.493.num.13.vol.3.Marant.in prax.par.6, vers. inquisitio nu. 58.60.Gramm.decis.23.nu. 2.

An autem intelligatur etiam de consanguineis futuris Ias. in l. si sti pulatus fuero § cum stipul num. 8. ff. de ver. oblig. Oct. vel pell. de treg. & pac. q. 31. in vol. 11. p. 1. tract. 469. 409 Moron. de fid. treg. & pac. q. 180. in v. 11. p. 1. tract. 413.

Coniunctorum appellatione qui veniant vide Laur. de Palaz. de stat. num. 128. in volum. 2. tract. a 281 Blanc. de compromiss. num. 12 in v. 3. par. 1. tract. 140 & in hac pacis materia vide Moron. de fid. treg. & pac. q. 176. cum seq. vol. 11. p. 1. tract. 452. Oct. vel pel. de treg. pac. q. 61. eod. uol. 414.

Quid si unus ex consanguineis alterum ex consanguineis offendat Oct. uel pell. de treg. & pac. q. 61. & q. 80. in uol. 11 p. 1. tract. 414. 415. Specul. de treg. & pac. nu. 6. Bart. in l. si ita stipulatus §. chrysogonus num. 10. ff. de verb. oblig. ubi tractat si de consanguineis non fuisset dictum an pax diceretur rupta.

Consortes qui dicantur uide Cuiac. lib. 5. cap. 10. obseruatio quem refert. Decian. in add. ad diction. Alberic. in uer. consortes Laur. de statut. num. 198. uol. 2. tract 280. In alia uero materia qui dicantur consortes Fabia. de Monte de empt. & uendit. q. 3. princ. nu. 44. in uol. 6. p. 1. tract. 43.

Quid an talis promictens habeat obligatos consanguineos Moron. de fid. treg. & pac. q. 152. 153. 154 in uol. 11. p. 1. tract. a 448.

Dicitur per lineam masculinam quia dubitatur an fæmina possit facere pacem cum propulsare in iurias pertineat ad uiros hic supra num. 1. & Bald. de Statut. in uer. Ractio num 6 in vol. 2. tract. 140 Oct. uel pell. de treg. & pace q. 14. num. 2. 4. 6. in uol. 11. p. 1. tract. 407. & in q. 33. num. 2 eod. 409. Petr. Bellin. de re milit. num. 58. 64. tit. 2. in vol. 16. tract. a 368. & tamen Coniunctorum appellatione uenit etiam fęmina Paris. in cons. 23. num. 19. v. 2.

6 VSQVE IN QVARTVM GRADVM &c. S. E. C. IVS. CANON. &c. Quia vsque in quartum gradum inimicitia durare præsumitur Felyn. in cap. repellant nume. 4. 5. de accusatio. Por. in cons. 114. nume. 13. sed arbitrarium esse iudicis dicit Paris. in consil 49. num. 11. volu. 2. Si autem non esset dictum an tantum venirent qui sunt in pari gradu Oct. vel pell. de treg. & pac. q. 34. num. 1. in vol. 11. p. 1. tract. 409.

Dicitur secundum ius canonicum quia non computatur stipes sed fratres dicuntur in primo gradu licet de iure ciuili dicatur in secundo Bapt. a S. Blas. in contrad. iur. can. col. 3. vers. 23. in volu 1. tract. a 185 Bald. num. 6. & DD. in l. fin. C. de succes. edict. Aret. Inst. de grad. in princ. num. 3.

7 PRO QVIBVS DE RATH. &c. Quando fit pax debet promicti pro tota familia Bald. in l. 1. num. 7. C. de episc. & cler.

Ad hanc clausulam vide Bertaz. de clausul. clau. 4. gloss. 1. 2. 3. 4. Aret. in consil. 100. num. 1. 2. vide dicta in cap. 65. num. 1. & num. 30. 31.

30.31.cum seq. De dictione pro vide in c.99.nu.5.

Quid si nolunt ratificare Oct. velpell. de treg. & pac. q. 54. nu. 1. cum seq. in volum. 11. p. 1. tract. a 413. & an pax dicatur rumpi ante ratificationem Moron. de fid. treg. & pac. quæst. 132. & 135. eod. volum. 443.

8 *Promiserunt &c.* De verbo promicto in cap. 60. num. 38. & in c. 62. num. 9. & 30.

9 *Et quilibet eorum prom. &c.* Ad dictionem quilibet in capitu. 65. num. 14. 16.

10 SE FACTVROS &c. Ad faciendum ratificari pacem an requiratur interpellatio Moron. de fid. treg. & pac. q. 148. num. 1. cũ seq. in volum. 11. par. 1. tract a 447. & de hac clausula vide in cap. 65. num. 30. 31.

11 *Ita & taliter &c.* in d. c. 65. num. 31.

12 *Omni iur. & fact. &c.* in cap. 65. num. 32.

13 ET CAVILLATIONE REMOTA &c. Quid sit Cauillatio & quod veritas per cauillationes opprimatur vide l. ea est natura vbi Cagn. & DD. ff. de reg. iur. Damaud. in patr. pupill. cap. 9. num. 147. in vol. 8. p. 2. tract. a 369.

Machinatio autem quid sit in cap. 65. num. 8. De quæsito colore in cap 62. num. 37.

14 *Et quod fac. possibil. &c.* In cap. 65. num. 30. 31. 32.

15 *Quod dd. & c. attend. fac. & obseru. &c.* De dictione quod in cap. 104 num. 31. Ad verba attendere & obseru. in c. 62. num. 35.

16 *Omnia & singula &c.* In c. 62. num. 29. in cap. 63. num. 65. in fine & num. 197.

17 ALIAS &c. Ad hanc clausulam in hac materia vide Oct. velpell. de treg & pace q. 53. num. 5. in vol. 11. p. 1. tract. a 413. sed regulariter de ea vide in c. 78. nu. 57.

18 *De eorum prop. attend. &c.* in cap. 62. num. 35.

19 *Promiserunt &c.* De verbo promicto in cap. 60. nume. 38. in cap. 62. num. 30.

20 *Et è conuerso &c.* in cap 92. num. 29.

21 SOLEMNI Stipulat &c. An large an stricte hic sit stipulatio intelligenda Octau. velpell. de treg. & pac. q. 56. in volum. 11. p. 1. tract. 413. Alia de hac stipulatione & clausula uide in cap. 62. nu. 9 in cap. 152. num. 21.

Pax autem an fieri possit in testamento Moron. de fid. treg. & pac. q. 102. num. 28. in vol. 11. p. 1. tract. a 433. Oct. velpell. de treg. & pac. quæst. 6. nume. 1. & quęst. 7. nume. 2. in d. volum. 11. par. 1. tract a 406.

22 SIMVL ET INSOLIDVM &c. Simul denotat connexitatẽ & vnionem Paris. in consil. 79. num. 20. volu. 3. & simul fieri dicitur quando nec prioritas nec posteritas potest demonstrari Bald.

in

in l.aretusa in 2.lect.num.3.ff.de stat. homi. facit l.si fundus § si duo ubi Bart.num.1.ff.de pignor.
Ad claus.insolidum uide in c.65.num.16.
23 SPONTANEA ET LIB. VOLVNTATE &c. An quis possit cogi ad faciendum pacem Petr.Bell.de re milit. par.10. tit.2. num.71.72.in vol.16.tract a 368. Oct.velpell.de treg. & pace q. 3.num.1.in volum 11.par 1.tract a 406.vbi num.5. dicit quod nõ est vera pax nisi spontanea secus in tregua eod.num 13. & pacẽ habere est voluntatis, Bellum autem est necessitatis eod.nume.6. Fely.in rubr & Abb.in cap 1.num.3.de treg.& pac.num 2. fallit aliquando vt per Donat. a fina in ver.pax uide hic infra num.29. prope finem vbi alia dicuntur de pace.
Pax . facta a mortifere vulnerato an valeat Bald.in l.2.num. 6.C. de libert.& eorum lib.Oct.velpell.de treg.& pac.q 21.num.22.in volum.11.par.1.tract.a 408.Moron. de fid.treg.& pac q. 111.nu. 1.2.cum seq eod.vol a 435.Clar.in prax crimin §.fin q.58.
Ad clausulam libera uoluntate in cap.1.num.22. & de clausula spõte eod.cap.1.num.20.
24 NON VI DOLO VEL METV &c. In capitul. 1. nume.17.18.19.
25 NEQVE ALIA MACHIN &c. De Machinatione in cap. 65. num.8. De quæsito colore in cap.62.num.37.
Quid si interueniat pecunia an pax valeat Oct.velpell. de treg. & pace q.28.in uol.11.p.1.tract.a 408.Moro. de fid. treg.& pac. q. 102.num.26 eod uol.433.
26 NON PER ERROREM &c. In c.62 nu.7.
27 OMNIBVS MODO VICE &c, Quod dictio omni modo sit præcisa & omnia comprehendat l. omnimodo C.de inoffic. test. gloss.in l.si cum exceptione §.quat.ff quod met.ca. Alciat. in cõs. 486.num.3.Paris.in cons.38 num.78. uol. 3. Tiraqu.de retract. lign.§.4.gloss.1.num.23.24 & in uol.2.comm opin. in uer. omnimodo 170.& nihil excludit Mand.de priuileg. ad instar gloss. 2.num.17 in uol.18.tract.a 129.uide quæ dicit Ias in l.imperium num.12.ff.de iurisd.om.iud.& in l.si quis in conscribendo num. 6.C.de pact.& in l.liber homo num 2.ff de uerb. oblig. Tiraq.in l.si unquam in uer.reuertatur num.88.Thanucc.de Inuent.par.7. nu.29.in vol.8.p.2.tract.309.
Quando hoc uerbum omnimodo adijcitur iurisdictioni uide Abb. in cap.conquestus num 4.ff.de for compet. Fely.in c. auditis nu. 7.ff de præscriptio.
De clausula omni meliori modo uide in c.1.num.23.
28 FECERVNT &c. INVICEM, ET VICISSIM &c. Quibus actibus pax soleat fieri uide hic infra num.30.
Absenti an fiat pax Oct. uelpell.de treg & pace q.7.nu 1.3. in vol.
11 p.

11.par.1.tract.a 407.Bald.in l.2. nume. 7. C. de liber. & eor. lib. Clar.in prax.crimin.§.fin.q. 58.
Et si notarius recipiat pro absente an valeat ante rathificationem Rol.in cons.19.num.9.26.vol. 1.
De clausu & inuicem & vicissim in c.62.nu. 33.
29 PACEM &c. Pax quid sit Petr. Bell de re milit.par.10.tit.1.nu. 10.in v.16.tract.a 364.Cepoll.in cons.48 nu.18.in Ciuil.Io.Quint. Hedic de Arith.Christ.col.3.circa med.vers. præcipuè in vol. 16. tract.a 55.Ludou Cerb de Repacif & dilect.cap.14.per totum in vol.12.tract.a 255 Medic.de Difinit.difin.35.nume.1.volum. 18. tract.a 300.Corsett.de priuileg.pac.in princ num 1 in volum.12. tract.a 224. Blanch.in epith.feud.par.4.cap.2.num.2.in volum. 10.par.1 tract.a 298.Conr.Brun.de seditios.lib.3.cap. 2.in volu. 11.par.1.tract a 121.Oct.velpell.de treg.& pace q.1.num.4 in v. 11.p.1.tract 406.
Pax quotuplex sit Oct.velpell.de treg.& pac.q 1. cum seq. in volu. 11.par.1.tract. 406.Conr.Brun.de seditios.li.3 ca.2.eod. nu.121. Pacis effectus vide Medic de diff.diff. 35.nume. 1. in volum. 18. tract.300.Io.de selua de Benefic.q.5.par.1.num.25.in vol.15.par. 1.tract.a 11.& pro pace multa permittuntur Paris. in consil. 68. num.130. v.4. & ad pacis laudes & priuilegia vide Roland. in consil.1.num.52.vol.2.Mich.de Auin.de vnit ouil. & Past. c. 10. num 14.in vol.13.p.2.tract.a 30.Guliel.de Bened in cap.Raynutius par.2.in vers.mortuo itaq.test.il 1.num.227.228.229 late Corsett. in tract.de priuileg.pac.vol.12.tract.a 224 & remissiue Moron.de fid.treg.& pac.q.102.num.23 in vol.11.p.1.tract. 432.
Pax quid differat a tregua Port.in §.si ab Hostibus num 6. Inst.quibus mo ius pat.pot.sol.Corsett.de priuil.pac.nu. 34. in vol.112. tract.a 226.Abb.in c.1.num.3.de treg. & pac. vide hic supra nu. 23.& quid differat pax a concordia Specul.de treg. & pac. num. 3.Ias.in l.1.num.13 ff.de pact.& in l.de fideicommissis num. 3.cũ seq.C.de transact.Ang.& Alex.in l 1 num.3.ff. de pact.
30 OBSCVLO PAC. INTERV. &c. Obsculum est signum pacis beneuolentię & demostrat animum & conscientiam pacatã Cæpoll.in consil.a num.16.in ciuil.Fely.in cap.cum super nu. 4. de offic.deleg.facit cap.pacem de consecr.dist.2. Obculandi forma vide hic infra.
Pax ex quibus actibus vel signis exterioribus fiat Ludo Carb.de re pacif.cap.27 per totum in vol. 12. tract.a 260.Castr.nume.3. Alex num.4.& DD.in l.1.§.1.ff. de pact. Oct velpell. de treg.& pac.quæst.102.num.25.in volum.11 par.1.tract.a 433. Corsett. de priuileg.pac num.2 in v.12 tract.226.
Obsculandi autem forma vide Corsett.de dote quæst. 19. num 18. in volu.9.tract.348.& cuius causa fiat eod num. 17.& quid Ob-

sculi denegatio demostret inimicitiam Felyn. in cap. cum super num. 4. de off. delegat.

Obsculum autem quod datur in ecclesia an remictat offensam Put. de sindic. vers. vltimo circa num. 4. in v. 7. tract. a 261.

31 GENERALITER DE OMNIBUS ET SING. INIVR. &c. Generalitas regulariter est euitanda Moron de fid. treg. & pac. q. 7. in vol. 11. p. 1. tract. a 419. sed propter pacem multa permictũtur vt hic supra nume. 29. Pax regulariter de quibus criminibus possit fieri & de quibus non vide Clar. in prax. crim. §. fin. q. 58. vers. subcessiue videamus cum seq.

Iniuria autem quid sit Lud. Carb. de repacif. cap. 4. in vol. 12. tract. a 250. late de iniuriis Azzo. in summa de iniurijs nu. 1. cum sequ. Ios. de Ludou. decis. Luc. 4. num. 18. & quotuplex sit iniuria Bald. in l. 1. §. huius studij num. 17. ff. de iust. & iur. Clar. in prax. crim. §. iniuria in princ. vide in seq. num. 32. & & dicta Rimin. in cons. 537. num. 4. vol. 3. & cons. 429. num. 64. vol. 3. Verba item iniuriosa quæ sint Boer. in consil. 4. nume. 6. & Plot. de in lit. iur. §. 46. nume. 4.

Nota quod iniuria sicut tribus modis commictitur Bart. in l. in eadem §. eadem num. 1. ff. ad l. Iul. de vi pub. ita tribus modis punitur Roff. de ord. iudic par. 4. in Rubr. de ciuil. act. infar. nume. 1. 308. Iniuria autem vt sit debet esse cum dolo. Rimin. in consil. 54. num. 3. vol. 1. vide in seq. num. 32. in med. & in fine ideo difficile est iudicare an adsit iniuria Paleott. de not. & spur. cap. 64. num. 8. in vol. 8. par. 2. tract. a 73.

Indirectè quomodo fiat iniuria vide hic infra num. 53.

32 OFFENSIONIBVS, &c. Offensa est quicquid ad iram iniuste prouocat Fulgos. in cons. 236. num. 1. Paris. in consil. 165. num 4. vol. 4. Rom. in consil. 183. num 2. Bar. in l. quidam cum num. 1. ff. de hæred. inst. & in l. licitatio § quod in licite num. 4. ff. de publ. ic. vide in vol. 2. comm. opin. in ver. offensa 167 Oct. velpell. de promiss. de non offend. q. 90. nu. 1. in vol. 11. par. 1. tract. a 416. Alber. de stat. par. 4. q. 18. num. 3. in vol. 2. tract. 68. Ias. in l. cum te num. 2. C. de inoff. test. Offensa autem manifesta quæ dicatur Remig. de Gom. de charit. subsid. q. 10. num. 5. in vol. 15. p. 2. tract. 173.

Offensa regulariter intelligitur de grauissima Menoc. de arbitr. iudic. q. 90. num. 30. non autem de modica in vol. 2. comm. opin. in in ver. Offensa 167. Hercul. de caut. de non offend. cap. 27. nu. 13. & hic infra num. 35. & in cap. 152. nume. 23. etiam si promissum esset non offendere directè vel indirectè Herc. eod. vide hic infra num. 35. 51.

Offensa autem non est quando iuste fit Moron. de fid. treg. & pac. q. 10. num. 80. in vol. 11. p. 1. tract. 433. Petr. Bell. de re milit. tit. 4. nu. 45. in vol. 16. tract. 3. 7. vide hic supra num. 31. & infra nu.

51. nec

51 nec illa quæ fit ad defensam honoris sui Moron de fid. treg. & pac.q.118.num.1.in volum.11.p.1.tract.437.vide infra in cap. 152.num.23 Reliqua in præced.num 31.& infra num.49.

33 ASSALTIS &c. Assaltus & insultus dicitur quasi in alium saltus & est quando quis de loco ad locum contra aliquem se mouet Bart.in l.respiciendum §.delinquunt num.1.ff.de penis & in l.1.§.cum arietis num.1.ff.si quadr paup fec.dic.Dec.in cons.676 num.1.2.& in cons.406.in princ.& de insulto vide Clar. in prax. crim §.fin.q. 83. vers.vim publicam insultatus autem quicquid facit dicitur facere ad defensam Dec.in cons.675. num. 3.

Assaltus autem non dicitur si partes se tangere nequeant Boer. de Cust.clau.num.17 vol.16 tract.a 28 Dec.in cons.406.num.1.

Assaltus item cum armis dicitur fieri ab eo qui arma habet licet ea non extrahat Ias.in §.ex maleficiis num.8. Inst. de actio. Rom. in singul.568.num.1.Bart.in l.idem §.armis nu.1.ff de vi & vi arm. sed an quis debeat expectare se offendi Bart. eod Assaltus etiam an confundatur cum percussione Barto.in l.numquam plura nu. 7.8.ff.de priu.delict.quem sequitur Roland in cons.41.num. 24. uolum 1.

34 PERCVSSIONIBVS &c. Percussio est etiam cutem tangere cũ tumore sine iniuria l.si seruus §.rupisse ff. ad l.aquiliam l.libellorum in princ.ff.de accusat. & quid differat a vulnere Angel. de Malefic.§.& ipsum titium percuss.& vuln.in prin.Hypo.de Marsil.in pratic.crimin.§.& quia nu.1.& seq Boer. decis.22.nu.38.

Percussio dupliciter consideratur Specul de dispens.§.4.nu 7. Verbis facta an proprie dicatur percussio Moron.de fid treg.& pac. q.172.num.5.in v.11.p.1.trac.a 452.

Alia vide in seq.num.35.& in præced.num.31.32.

35 VVLNERIBVS &c. Vulneris appellatione quid veniat Rayn. Cors.de priuileg.reconcil.cap.15.circa med.in vol.12.tract.448. col.2.& quid vulnus differat a percussione in præced.nu 34.

Vulnusculum an veniat vulneris appellatione Corsett.de minim. par.1.num.23.in vol.18.tract a 271.Barbat.de præstant. Card. q.8.num.10.in vol.13.par.2.tract.81.vide hic num 32.& num.51. & Moron.de fid.treg.& pac.q.174.num.2.in vol.11 p.1.tract.452. & infra in c.152.nu.23.

36 *Quomodo Obei &c.* in c.63.num.39.

37 ILLATIS &c. Qualiter iniuria dicatur illata Capp. ad stat.med. c.360.nu.1 v.1.

Damna illata & interesse an censeatur remissa ob pacem in volu 2. comm.opin.in ue.Pax 189 a 70.Moron.de fide treg.& pace qu. 177.num.8.in uolum 11.par.1.tract a 453.Oct.vel pelli de tregua & pac.q.29.& q.54.in volum.11.par.1.tract.a 408.413 Fotschin singul.in ver.vulneratus num.2.& Alyn.in praxi §.32.cap.4. nu.

2.Spec.de iniur.& damn.dat.§.2.nu.7.Ias.in l.1.nu.16. ff.de pact.

38 OCCASIONE BRIGARVM &c. Dicitur occasione quia pax intelligitur facta de omni eo quod ex Rixa nasci poterat Spec. de accusatore num.5. De verbo occasione in c.63.num 77.

39 RIXARVM &c. Quid sit rixa & vnde dicatur Guliel. Rouill. de iust.& iniust.cap.9.nu.4.vol.1.tract.a 377. Rixe autem author dicitur qui ad iracundiam prouocat Petr.Bell.de re milit.titul.2. num.41.in uolu. 16. tract a 367.& Rixa intelligitur non uerbis tantum sed de facto l.si ex plagijs §.1.ff.ad l.aquil.

Nota etiam quod rixa est de ijs quæ tollunt consilium deliberandi Rimin.in consil.23.num. 18.v.1.

40 *Et controuersiarum &c.* Quid sit controuersia in cap.140.nu. 14.

41 ET PRÆSERTIM &c. Idest maxime cap.cum contumacia de heret in 6.Paris.in consil.49 num.12.uol 4.Rimin.iun. in l.qui se patris num.123.C.und.lib ubi Ias.num. 36. cum ibi addit.

Hæc dictio stat aliquando qualitatiue & taxatiue Albert. de perg. de præposit.num.87.in uol.18.tract a 276. Herin.Alb.de potest. Pap.p.2.num.60.in uol.13.p.1.tract.a 75.Iacobat.de concilio lib. 1.artic.3.num.15.in uol.13.par.1.tra. a 214. licet aliquando stet comparatiue Henric Bot.de synod.episc.par.2.num.44.in uol.13. p.2.tract. a 382.

42 DE HOMICIDIO &c. Homicidium est delictum atrocissimũ horribile & omni iure diuino naturali & ciuili prohibitum & pu nibile Crau.in cons.9.num.3.pulchre Ioseph.de Ludo. decis.61 Lucens.num.9.12.late de homicidio Clar.in prax.crim.in §. homicidium. Non tamen punitur nisi fiat cum dolo Crau. in cons. 6.num.100.& in dubio præsumitur factum in defensam Crau.in consil.151.num. 18. quo casu non punitur pęna ordinaria Fusch. in singul.in ver.homicidium nu.23.Rol.cons.82.nu.20.21.v.3.& cons.77.nu.1.v.4.Soc.cons.57.nu.11.v.2.

Quotuplex autem sit homicidium Franc.Squillac. de fide Cathol. dub.2.num.55.in uol.14.trac.a 11.Franc. Cason. de Malefic. cap. 1.num.2.in v.11.p.1.trac.281.

43 *Quę omnia &c.* in c.62.nu.29.

44 INTER SE REMISERVNT &c. Quid sit remictere in c. 115. num.17.An intelligantur remissa damna vide hic supra nu.37.

45 ET PACTVM PERPETVVM DE VLTE. NON &c. VEL OFF.&c. Hoc dicitur primo quia pax in dubio intelligitur per petua Corsett.de priuileg.pac.in princ tract.num.13.in fine, & num.34.cum seq.in vol.12.tract.a 225.Castr.in l.conuentionum num. 5. ff. de pact. Secundo quia pax est species pacti Ias.in l.1. num.5 ff.de pact.

De promissione de non offendendo vide Hercula. in tract.de caut. de non offend.Oct.velpell.de promiss.de non offend.in vol. 11.

par.

par.1.tract.a 414.vide tract. adductos in seq.cap. 152.in princ.& in seq.cap.152.in princ.& hic supra in princ Clar.in prax.crim. §.fin.q.47.

De pacto perpetuo liberatorio dictum fuit in cap.60.nu.29.30.

46 *Promittentes &c.*in c.60 num.38.in c.62.nu.9.30.

47 *Inuicem & vicissim &c.*in c.62. num. 33.

48 *Solemni stipulatione &c.*in c.62.num.9.hic supra nu. 21.

49 PRED. PACEM FIRMAM &c. Pax an & quando sit seruanda Moron.de fid.treg.& pac.q.107.num.2.cum seq.& q. 108. & seq & q.112.113.cum seq.in vol.11.p.1 tract.434 cum seq. vide hic infra num.50.


30 *Vnde hodie hac &c.* De dictione Vnde in c.77. num. 7. Ad verba hac præs. die vide dicta in cap.1. num.2. cum plur. seq.

31 *Constitutus personaliter &c.* Ad clausulam constitutus pers. uide in cap.1. num.12. Alia vide in c.150. nu. 13. 26.

32 *Nec non &c.* In c.90. nu. 49.

33 *Dict. Franc. præs. aud. & intell. &c.* Hoc dicitur Primo vt constet personaliter factã esse notificationem iuxta relata in c.63. num. 133. 134. cum seq. Secundò vt constet quod notificatio fuit facta Domino & non procuratori uide dicta in c.150 nu. 27.

Ad uerba Audi. & intellige. &c. Vide in c.61. nu.8. in fine & in ca. 148. nu.3. in c.149. nu.6. in fine in c.99. nu.9.

Quid si principalis contractus factus fuerat cum procuratore & ista notificatio fiat Domino an ostendi debeat dictus primus cõtractus Ripa in l. quod te num.60 ff si cert. & quid si procurator notificet hic infra nu.41.

34 *Notificauit &c.* Vide dicta in c.63. num. 133. 134. cum seq. Quid

fit notificatio & quomodo fiat in cap.150. num.13. 26.27. & hic infra num.41.

35 *Dict.instru.empt.&c.* Hoc dicitur per enunciata hic supra num. 6.cum seq.& in d.c.63.num.102.cum sequ. Quid dicatur instrumentum in cap.90.num.58.& quot sint eorum genera in c.3.nu. 9.in fine.

36 DICTA ACTA ET CAVS. ET LIT.&c.Hoc dicitur per dicta in c.63.n. 102. cũ seq. Acta aũt dicũtur scripturę quę fiũt coram iudice vel ex iudicis commissione per notarium actorum l. acta & l.actorum ff. de re iudic. l.gesta C. de re iud sed clarius in c.quoniam contra falsam vbi DD.de probatio. Ias. in l.1.num.4. C.de edend.Bald.in auth. quę supplicatio num.1.C. de prec.imp.imp.offer.Bart.in l.illud num.1 .vbi etiam Bald.num 5.C.de sacr.san.eccles.

Item hic dicitur acta adhoc vt notorie constet de dicta lite cum acta faciant rem notoriam Hoied. de Benef. in compat. cap.13.num. 77. in vol.15. par.1. tract.125. & veritatem probatam Moron. de fid. treg. & pac. q. 185. num.6.vol.11.p.1. tract. 454.

Dicitur autem causam & litem vt constet de eius pendẽtia vide hic supra num. 11.Causa autem quid sit & quid Lis vide in cap. 2.nu. 18 cap. 140. num.11.12.

37 *Super dd. bonis vend.&c.* in cap.63. num.102.cum plur.seq.

38 NE VLL. IGNOR. CAVS.&c. Quia ignorantia facti tollit deliberationem vide in cap. 66. num. 4 in fine & excusat, toto tit. ff. de iur. & fac. ignor. ideo est necessaria notificatio vt in d. cap.150.nu.26. in med.

39 *Eumdemq; Franc. pres. aud. & intell.&c.* Aduerbum eundem in cap 90.num.52.in cap.102. il primo num.34. Ad alia vide relata hic num. 33.

40 *Instanter & instantissime,&c.* Idest cum importunitate vt in ca. 99.num.17. & sepe sepius in cap.154.num.33.

41 REQVIS. MONV. ET INTERPELL.&c. Quo ad notificationem & modum notificandi vide hic num.34.& in cap.150 nu. 13. 26. 27.

An sufficiat sola litis notificatio an & requisitio in cap. 63 num.133. & vide Bald. in l. libera nu.7. C. de sentent. vbi etiam ponit quid differat Requisitio à Notificatione.

Monitio quid differat à citatione vide Aret.in cons. 163.nu.9. Asyd. in prax. § 7. cap 5. limit.83.num.11. & An sufficiat sola, monitio sine citatione ad pęne commissionem Afflict. decis.289. num.7. Gramm. decis. 104 num.23.24. late Foly. in repert. in ver Monitio,& de Monitione vide alia per Alberic. in diction. in ver. Monitione Specul. in tit. de Denunciatione §.2. per totum pręcipue num.4. Alex. in l. si ita stipulatus num.16.ff. de ver. obligat. Mandos.

dos. de Monitorijs q. 1. num. 3. cum seq. in vol. 3. par. 2. tract. 59. vide dicta hic infra de Interpellactione sub hoc num. 41. Quid Monitio differat a Iussu Tiraquell. de pia causa priuil. 85.

Monitio autem fit de ijs quæ non dum in mentem veniunt l. 3. §. sciendum ff. de off. præf. vigil. ideo debet esse talis vt animum moniti mouere possit faciunt dicta Iacobat. de Concil lib. 8. art. 2. num. 15. in vol. 13. p. 1. tract. 329.

Monitio vel requisitio Iudicialis an vnica vel trina requiratur in vol. 2. Comm. opin. in ver. Monitio 125. Nota tamen quod Monitio & interpellactio debet fieri congruo loco, l. si soluturus ff. de solutio. l. cum filius fam. quæ est l. 49. §. fin. ff. de verb. oblig. Donat. a fina in Enchir. concl. in ver. Interpellatio vide dicta hic infra de Interpellatione & Quando dicatur loco & tempore congruo facta late Bertac. in suo repert. in ver. Monitio in additio. vers. 9. & An tempore nuptiarum vel exequiarum Marc. Ant. Bauer. de Mora par. 3. num. 2. 4. 7. in vol. 6. p. 2. tract 410. glos. in l. mora in princ. ff. de vsur. nisi essent exequie excomunicati vt per Ripa in tract. de Peste in cap. de præseru. remed. contr. pest. nume. 106.

Monitio vero extraiudicialis an constituat in mora Carp. ad statut. mediol. cap. 112. num. 22. 23. vol. 1. vide seq. dicta de Interpellactione.

Interpellare autem quid sit Bald. in l. 3. C. ne ux. pro mar. Bertaz. in l. si quis maior num. 365. C. de transact. facit l. sed & interpellatio vbi glos. ff. de recept. arbitr. Quod autem interpellatio sit duplex Io Saport. de mora nume. 27. in volumin. 6 par. 2. tract. a 418. vbi etiam tractat quando & quæ requirantur & quomodo interpellactio fieri debeat vt constituat in mora de quo, & an interpellatio extraiudicialis sufficiat Caball. de Euict. §. 3. nume. 62 68. in volumin. 6. par. 1. tract. a 86. Alexand. in l. qui Romæ § coheredes num. 6. & in l. si pupillus num. 1. in l. si sticus nu. 1. 2. ff. de verb. oblig. Bapt. Bou. de statut. vrb. præsc. glos. 22. num. 4 in v. 17. tract. 196. Dec. in l. vinum num. 14. & Ias. num. 15. ff. si cert. pet. vide in vol 1. Comm. opin. in ver. Interpellatio mihi 561. & in vol. 2. Com. opin. in ver. mora q. 2. 3. 4. mihi 127. Bertac. in Repert. in ver. Interpellatio Rimin. in cons. 693. num. 12. 13. vol. 4. Socc. iun. in l. ita stipulatus num. 83. ff. de ver. obligat. Ias. in l. non solum §. morte num. 41. ff. de oper. nou. nunc. & in l. si ex legati causa num. 16. ff. de ver. oblig. (vbi etiam tractat si fiat per verba enunciatiua) & in l qui romæ ff. coheredes nu. 10. ff. eod. Donat. a fin. in enchirid. concl. in ver. Interpellatio Socci in regula 238. in ver. Interpellatio & Bernar. Dicas in conclusio. 355. in ver. Interpellatio in vol. reg. iur. 554. vide dicta in hoc num. de Monitione & quæ sunt dicta de Notificatione

ficatione & in cap. 150. num. 13. 26. 27.
Interpellactio si fiat per procuratorem an debeat ostendi mandatum in volu. 1. comm. opin. in ver. interpellans 561. Ripa in l. quod te num. 56. ff. si cert. pet. vbi etiam dicit nume. 60. debere ostendere instrumentum primę obligationis Alex. in cons. 78. nu. 7. 10. 26. vol. 5. vide dicta in cap. 150. num. 13.
Interpellactio autem facta defuncto an constituat heredem in mora Tiraquell. de retract. convent. §. 4. glos. 6. num. 5. Medic. mors omn. sol. par. 2. concl. 87. & 94. num. 261. & 269. vide dicta in cap. 150. num. 26. in fine.
Interpellactio an sit necessaria quando quis est obligatus per guarantigiam Bart. in l. cum qui §. si iurauero il p. in.o num. 3. in fine ff. de iur. iur. & in l. vinum num. 7. ff. si cert. pet. Ias. in l. quod te num. 5. ff. si cert. per. Alia vide in seq. num 42.
Interpellactionem fuisse factam vel non quis probare teneatur Roman. in singul. 402. num. 1.
Alia vide in cap. 150. num. 13. 26. 27. & in seq. num 42.
42 QVATENVS INFRA TEMPVS, &c. De dictione Quatenus in cap. 74. num. 26. Hec enim verba habentur in statuto Florentino Rubr. 42. vol. 2. de præcep. guarantig. & talia verba sunt iuxta promissa de quibus in cap. 63. num. 102. cum seq. Quod autem semper monitio & interpellactio requiratur quando obligationi additum non fuit tempus Abb. in cap. licet Fely. num. 13. ex. de Simonia Paris. in cons. 34. num. 16. vol. 1. Alba in cons. 48. num. 11. Bertaz. de Clausul. claus. 4. glos. 11. num. 1. & in d. statuto Florentino rub. 42. Immo & tempus & locum congruum vide hic supra num 4. post princ. & infra num. 44.
Tempus autem si sit appositum an necessaria sit monitio vel interpellactio Alba in cons. 48. num 3. Paris. in cons. 34. num. 16. vol. 1. Bertaz. de Claus. claus. 4. glos. 11. num. 1. & in vol. 1. Com. opin. in ver. Creditor cui mihi a 161.
43 SIN AVTEM &c. Hæc verba sunt in d. stat. Florentino rub. 42. de præcep guar. v. 2. & tali verba sin autem an denotent diuersitatem iuris & facti vide l. fin. § sin autem C. de abolitio. l. si quando C. de testib. Tobb. instit. de verb. oblig. in princ. num. 23. Bald. in l. si it.. scriptum in princ. num. 1. ff. delib. & posth. Bart. in l. in repetendis propè finem ff. [illegible] gat. 3. Aret. in consil. 160. num. 8. post med.
44 INFRA QVINDECIM DIES &c. Hoc tempus ponitur in d. statuto Florentino Rubr. 42. de prec. guarāt. volu. 2. & de simili termino quindecim dierum fit mentio in l. si quando C. de testibus vbi ponitur ratio An autem interpellatio ualeat quando nimis breue tempus assignatur Aret. in consil. 149. num. 3. Monitio vero an requirat diem Rom. in singul. 810. nu. 1.

45 *Dicta bon.lib.exim.def.& auth.&c.* In c.63 nu.102.cum plur seq.
46 *A dicta lite ca.contr & molest. &c.* Lis quid sit & quid differat à causa in c.2.nu.18, Controuersia quid sit in cap.140.nu.14. Molestia quid sit in c.63.nu.100.
47 *Et dd.Bon.def.se obs.&c.* In c.63.n.102.107.132.cũ seq.& nu.144.
48 *In se & super se,&c.* in c.63.nu.132.
49 *Et omn.& sing.obseru. &c.* Ad clausulam omnia & singula in c.62.nu.29.c.63.nu.66.in fine & nu.167. Aduerbum obseru. in c.62.nu.35.in cap.75.nu.32.in c.88.nu.17.
50 *In prad.& circa prad.&c.* in c.58.nu.2.
51 *Et vt supra promisit &c.* Hoc refertur ad dicta in c.63.nu.102. cũ plur.seq. De clausula vt supra in c.63.nu.44.& in cap.62.nu.65. De verbo promisit in c.60.num.38.in c.92.num.9.30.
52 *Alias si secus fec.& contra &c.* De dictione alias in cap.151.num.17.& in cap.78.nu.57. Aduerbum contrafacere vide dicta in c.58 num.11.& in ver.obseruare relata hic supra nu.49.
Alia vide in cap.63.a num.102 cum plur.seq.
53 *Vel cum effectu non obseru.&c.* De dictione vel in c.90.nu.64. Ad dictionem cum effectu in c.65.num.30.in fin. Ad verbum Obseruare in c.62.nu.35.in c.75.nu.32.cap.88.num.17.
54 *Dictus A. Protestatus fuit &c.* De protestatione in cap.68.nu.1.in cap.99.in princ.& num.21.& de notificatione in c.150.nu.27.& hic supra nu.41.
55 *Eidem fran.&c.* Ad dictionem eidem in cap.90.nu.52.& in cap.102.il 1 nu.34.
56 *De omni.suis damni, &c.* Hec consonant cum dictis in capit.63.nu 140.cum seq.& nu.156.cum seq.
57 *Et quod ag. ad restitut. grav.&c.* Vide dicta in cap.63.nu.156.& de conseruatione & indemnitate eod.num.140.143.& in capit.104.per totum.
58 *Et ad pœnam dupli. &c.* In cap. 63. nu. 156.& de pœna dupli in cap.60.num 47.& cap.62.num.44.
59 *Sibi quom d.t.tempor.&c.* In capit.63.num.156.157.cum seq. De dictione Quomodolib.in cap.63.num.39.
60 *Prout penitus fuerit de iure,&c.* De dictione Prout in cap. 59.num.2. Reliqua referuntur ad contenta in cap.63.a nu.102. vsq; in finem.
61 *Qui Franc.&c.* De relatiuo Qui in cap.70.num.2. cap.63.num.44.cap.91. num 4.
62 *Visis & aud. prædic.&c.* Vide dicta in cap.122. nu. 34 & faciunt dicta in cap.148. num.3.cum seq. & in cap.61.num.8.in fine & in cap.66.num.4.
63 *Sciens se teneri, &c.* De clausula ex certa scientia in cap.1.num.21. scientia quid sit in cap.62.num.7.& quod scientia requiratur

in om-

in omnibus actibus in cap.66.nu.4.vide relata in præced. nu.63.
64 *Volens agn.bon.fid.&c.* In cap.67.num.2.
65 *Et veritati locum esse,&c.* In cap.104.num.21.
66 *Ex certa scientia,&c.* In cap.1.num.21.
67 *Non per errorem,&c.* in cap. 62. num. 7. Dicitur Non per errorem quia errans non fatetur l. 2. ff. de confess. vnde hec clausula congruit confessioni de qua hic num. 69.
68 *Omni meliori modo,&c.* in cap.1. num. 23.
69 *Publice confessus,&c.* Ad verbum Publice in cap. 1. num. 10. ad verbum Confessus dic quod confitens habetur pro iudicato & ex sua sententia condemnatus l.1.ff.de confessis uide ad hanc materiam totum tit. ff.& C.de confess. ubi DD.
70 *Dict.lit.caus.& quæst.&c.* Lis quid sit & Causa in cap.2. nu.18. & Quæstio in cap.63.num.100.in cap.142 num.13.
71 *In se & super se suscepit,&c.* in cap.63.num.132.144.
72 *Et defens.se obtulit,&c.* in cap. 63. nu.107.132.139.143.144. Ad uerbum obtulit eod.num.144. & aliqua dicta in cap.106.nu.5.
73 *Eidem Americ.præsen.&c.* Ad dictionem eidem in cap. 90. nu. 52. in cap.102.il primo num.34. Ad clausulam Præsenti, &c. in cap.63. num.11.cap.60.num.22.
74 *Et pro se & suis hered.&c.* in cap.62. num.11.
75 *Recipienti & stipul.&c.* Ad claus. Recipienti in cap.60 num.22. De stipulatione in cap.60.nu.41.ca.62.num 9.
76 *Promisit,&c.* De uerbo promitto in cap. 60. num.38.in cap.62. num.9.& 30.
77 *Dict. A.dicta bona defend.&c.* in cap 63 nu.102.cum plur.seq.
78 *A d.lite causa & quæst.* &c. Hic supra num.46.47.
79 *Omn. ipsius Franc.damm.&c.* in cap.63.num.138.
80 *Nec non d. A.conf.indem.&c.* De dictione Nec non in cap. 90. num 49. Reliqua uide in cap.63.num. 140.143. uide dicta in ca. 104.per totum.
81 *Et omnia & singula,&c.* Quia multa fuerunt promissa ut in d.ca. 63. a nu. 102.usq; in finem Ad clausam Omnia & singula in ca. 62.num.29.& in cap.63.num.166. in fine & num.167.
82 *Ad quæ.* &c. Ad quæ uenditor teneatur dictum fuit in d.c.63 per totum præcipue num. 102. usque in finem.
83 *Pro vt & sicut in d. instr.&c.* De clausula Prout in cap.59. nu. 2. Ad uerba sicut in d.Instrum.uide dicta in ca.62. nu 65. Instrum. quid dicatur in cap.90. num.58.
84 *Et protest. fuit,&c.* De Protestatione in cap. 68. num.1.& in cap. 99. in princ. & num. 21. De Notificatione in cap.150.num.27.& hic supra num.41.
85 *Quod per eum non stetit,&c.* De dictione quod in cap.104.nu.31. Ad uerba per eum non stetit in cap.99.num.21.

86 Qua

86 Quae omnia &c. In c.62.num.29.cum plur.seq.
Alia generalia sequere vel remissiue vel extense vt in d.c.63. num. 186.vsque in finem.

RENVNCIATIO PVELLAE ANTE INGRESSVM MONASTERII. CAP. CLVII.

FOrmula hæc videtur nimis antiqua stante Concilio Tridentino per quod ordinatur talem renunciationem fieri debere coram Episcopo vel eius Vicario & intra bimestre ante professionem vt in d.concilio sess.25.cap. 16. Florentie autem quo ad forum seculare debet seruari forma statuti rubr.115.de ætat.legit. v.2.& l.æditam die 30.Iulij 1568. de obligatione mulierum coram aliquo magistratu ex nominatis in d. lege Adeo quod puella & cum decreto iudicis ordinarij & cum interuentu d. magistratus se obligat vel cum decreto DD. Capitaneorum Host. S. Michaelis in casibus dispositis in d.statuto rubr. 115.

Ad hanc materiam vide dicta Bart.& DD. in l. qui superstitis ff. de acq.hæred.Bald.in l.pactum C.de collact.Donat.a fina. in enchir. concl.in ver.Renunciatio prope finem Gabr. in comm. concl. in tit.de iur.doct. concl. 1. Bertac. in repert. in ver. filia renuncians Port.in suis concl.concl.32.Renunciatio in vol.regul. iur. 1055. Camb.de clausf.Rub.de renunc.sub:futur. nu. 28.& per totum in vol.18.tract.435.Cagn.in l.fin.nu.195.cum plur. seq. & ibi Bart. .7.cum seq.& alij DD.C.de pact.Guid.Pap.q.192.227.& 228 Gramm.decis.57.nu.31.& decis.101.num.78.Maran. de pactis in princ.nu.1.2.10.22.42.& in p.2.per totum in vol.5.p. 2.tract. 30. Bald.in auth.sacram.puberum num.14.vbi etiam alij DD. C. si aduers.vend.Bal.in l.1.nu.2.C.si ad aduers.transact.Castr.in l.filio nu.9 ff.de iniust.test.Roland.in cons.26.nu.32. v. 3 Paris.in cons. 26.v.3.Dec.in cons.379.nu.2.Anchar.in cons.39.nu. 1.cum seq. Cæpoll.in cons.17.late in vol. 2.comm.opin.in vers. renunciatio mihi 270.Maranta in praxi disput.10. per totum vide hic infra nu.2.29.DD.in l.pactum quod dotal.C. de pact.

Feudalia an veniāt in d.renunciatione Grammat. in decis. 101. nu. 10. Paris.in cons.12.nu.53.54.59.67.69.v.1.Dec.in cons.265. nu. 2.& cons.595.num.10.Port.in consil. 142. nu.10.Petr. de Rauen. de feud.tit.45.49.in v.10.p.2.tract. 35.

Patronatus iura an veniant in d. renunciatione Maranta. in l. is potest nu.35.ff.de acq. hæred.

Filia stante tali renunciatione an computetur in numero liberorū in computatione legiptime & non subcedat vide Guliel. de Bened in c.Raynutius par.1.in vers Duas hab.filias nu.262. de testam.Fusch.in singul.in ver. filia nu. 83. & possit præteriri Guliel.

Oo de

de Bened.eod.nu.261.& in ver.in eodem test. il 1. nu. 130. Guid. Pap.q.228.in fine,& an tollatur suitas cogita dict.Alex.in l.filius nu 20 cum seq.ff.de vulg.& pupill.

Legiptimæ supplementum an possit petere stante dicta renunciatione Castr.in cons.305.notandum est vol.2. (sed vide statutum Florentinum Rubr.140.qual.mul.ab int.subce.v.2.)late in vol. 2 comm.opin.in ver.renunciatio q.4. mihi 271.

Renunciatio prædicta an contineat solum abdicationem vel etiam donationem,& concessionem Soc.in cons.34 num. 1. vol. 4.vide hic infra num 29.post med.

Soror si renunciationem hanc faciat in manibus fratruum vide adducta hic in princ.& Bald in auth sacr.pub.num. 14. C. si aduer. vend.Soc.iun.in l stipulatio hoc modo nu. 62.ff. de verb. oblig. Boer.in cons.28.num.9.11.Ias.in l. stipulatio hoc modo num. 13. ff.de ver.oblig vide hic nu.13.Quid tamen si renunciat in manibus vnius fratris an prosit alijs Guiel de bened in c. Raynutius p.1.vers.Duas hab.filias nu.285.de testam.Ripa in l.1.§ denique nu.8.ff.ad trebell.Marat.in prax.disput.10.nu. 28.

Renunciatio prædicta si fiat ab ea quæ postea se nuberet an noceat eius filijs vel hæredibus in v.2 comm. opin. in ver Renunciatio q.5 mihi 271. & in v.1.in ver. filia dotata & in ver. filia renunciãs mihi a 424. Gabr.in conclus.in tit. de iur.doct. concl. 1. num 43. Crau.in cons.84.n.5.Bald.in l.de quæstione n.16.C.de pact. Bat. in l.qui superstitis nu.2.ff.de acq.hæred.vbi Castr.nu.5. Iac. Riccard.de vnit.prol.c.7.nu.61.in v.6.p.1.tract.a 25.Camb.de claus. in rub de renunciat.sub fut.nu.8.in v.18 tract a 436. Roland. in cons.11.nu.3.v.1.Aret.in cons.143.nu.2. Guiel. de Bened.in ca. Raynutius p.1 vers.Duas hab fil.nu. 280. de testam. Maranta. in prax disp.10.nu.40 & per totum vbi late Paris.in cons.69.num. 93.100.v.3.Rol.in cons.11.nu.1.cum plur.seq.v.1.& cons.95. nu. 42 v.1.Fusch.in singul in singul.in ver.filia nu. 93. Capic.decis. 176.num.12.& an reuocetur per susceptionem liberorum vide hic infra nu.29 prope finem.

1 HOc pub decl.Instru. &c. Quod dicatur publicum instrumentum in c.1 num 10.& quid differat a contractu in cap.90 num.58.& quot sint instrumentorum genera c.3. nu. 9.

2. *Qualiter Dotata* &c. De ponendo nomine in c.1. num 11.cap.2.num. 12.

3 AETATIS ANN.17.&c. Hæc est legitima ætas ad postulandum l.1.ff.de postul.Io.Cyntol.in arbor.affin.vers.effect.ætat. in vol.9. tract 152.Fusch.in singul.in ver. ętas nu. 34.

Sed non est ætas maior cum Florentie sit annorum 18. completorũ

in stat. 175. de ętat. legisp. vol. 1. & de iure communi est annorum 25. l. 1. & toto tit. ff. de minor. Bart in l. fin. num. 1. C. qui ven. ętat. impetr. Carp. ad stat. mediol. c. 452. nu. 9. 10. v. 1.

Aetas autem incipit a partu non ab utero Guliel. de bened. in cap. Raynutius p. 1. ver. adiecte nu. 7.

Aetas maior vel minor quomodo probetur Carp. ad stat. med. cap. 243. nu. 5. v. 1. & hic infra nu 6. Bart. in l. de ætate num. 6. 8 & ibi Bald. nu. 2. ff. de minor. Fely. in repett. in ver. ętas Fusch. in singul. in ver. ætas nu. 35. Bart. in l. 2 ff. de excusat. tut. Bald. in cons. 455. Corn. in cons. 108. late Menoc. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 116. nume. 2.

4 *In circa &c.* in c. 118. nu. 20.

5 *Prout asserunt &c.* De dictione Prout in c. 59. nu. 2. de assertione in c. 100. num. 26

6 ET EX ASPECTV &c. Quomodo ætas probetur per aspectũ Menoch de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 117. nu. 1. sed propter honestatem vide quę dicit Io. Cyrol. in arb. consang. vers. de ætate hom. in v 9 tract. 152. Bart. in l. de ætate n. 8. de minor. Grammat. decis. 48. nu. 16. cum seq. vide hic supra nu. 3.

7 VOLENS SE DEO DICARE &c. Hæc sunt verba l. Deo nobis C. de episcop. & cler. idest Deum plusquam se diligere Io. á Caprist. in Specul. consc. num. 196. in v. 1. tract. 349. quia Deus est ipsa essentia bonitatis Soc. in cons. 19. nu. 6. vol. 4. & eius fruitio est summum bonum & finis cuiuslibet hominis Guliel. Bont. de vsur. vers. pro quo consid. nu. 37. in vol. 7. tract. a 76. & magnam habet custodiam hominis Card. Alb. de immu. eccles. c. 1. nu. 9 in v. 13. p. 2. trac. a 24. & Deum sequentib. omnia prospere subcedũt Cagn. in proem. ff. num. 279.

Hæc dicitur principalis intentio Guid. Pap. de vsur. num. 36. in vol. 7. tract. 76.

Quid si in renunciatione nulla ponatur causa an dicta renunciatio generalis restringatur Bald. in l. 3. nu. 19. C. de collatio.

De verbo volo & de voluntate in c. 94. nu. 57 in cap. 1. num. 22. cap. 78. num. 31.

8 MVNDO RELINQVERE, &c. Hoc est sumptum ex l. deo nobis C. de Episc. & cler. & ita dicitur quia ingrediẽs monasterium dicitur mundo mori Azo. in summa, C. de episco. & cler. num. 18.

Monialis autem quam vitam ducere debeat Mart. Rauen. in specul. iud. num. 20. vol. 3. p. 1. tract 85. Petr. de Perus. de Mun. stat. eccles. cap. 2. nu. 1. 2. 3. in vol. 14. tract. 176.

Retinet tamen ius subcedendi & suitatis per solum ingressum d. l. deo nobis vbi Alfan. in collect. C. de episc. & cler. quod ius transmictit in monasterium Brun. de statut. artic. 11. num. 100. in vol. 2. tract. 223.

9 ET AD ÆTERNA BONA ASPIRARE, &c. Bona proprie dicuntur quæ beatum faciunt l. bonorum vbi Alciat.ff. de verb. sign. Bertaz.de Clauſ. clau. 12.gloſ.2.num.2.

10 STANTE PROM. DE COND. ELEMOS. &c. Elemoſina dicitur quod Deo pro anima obfertur vel relinquitur Anchar.in conſ.25. num.4.

Filiam enim intrantem Monaſterium pater tenetur dotare Bald. Nou. de dote part.6. priu 16.num.2.in vol.9. tract.198.Brun.de ſtatut.art.9. num.56. in vol.2. tract.209. Guliel.de Bened. in ca. Raynut. par.1.verſ. dotem quam ei ded. num.7. de teſtam. Nam mulier ſine dote dicitur infelix Bald.in l.cum quidam num. 5.C. de iur. dot. Quinimo non obſtante renunciatione debet dotari Natan.de Pact. par.p. num.29. in vol.6.par.2. tract. 33. Dec. in l. pactum num. 7. C. de collatio. Guliel.de Bened. in cap.Raynutius par.1. verſ. duas habens filias num.292.293.de teſtam.Pinus in conſ. 70. num.31.

Legiptimam an poſſit petere ſtante renunciatione vide in volu. 2. Com.opin. in ver. Renunciatio.q. 4. mihi 271. Boer.in conſ. 28. num.9.11. Gramm. deciſ.57 nu 26.& deciſ.101. num. 5. Afflict. deciſ.178.num.3.Guttier. de Contract.iur.cap.19. num.1.& 3.in vol.6.par.2. tract.67. Marant. in prax. diſput. 10.num.19. Alia vide hic infra nu.13.

Dos condecens quæ dicatur Fuſch.in ſingul.in verſ. Doſ. num.131. Roland. in conſ.85.num.15.16.vol.1. Pott. in conſ.97. num 10. Pariſ. in conſ. 26. num. 88. cum ſeq. vol. 3. Menoch. de Arbitr. iud.caſ. 149. per totum Gramm. deciſ. 101. num. 1. & num. 40. 62.70. & per totum Brun. de ſtatut. artic 9. num.34. 35. in vol. 2. tract. 208. Bald No. de dote par 7. priuileg. 8. num. 3. in vol. 9. tract. 221. Aſch. clem. de Patr. poteſt eſſe. 11. num.29.30.31. vol.8.p. 2. tract. 114. Corſet. de Minimis p.2. num.20. in v.18. tract. 272. Tempus autem quod nam inſpic. vt dicatur Doſ Cõpetens Fuſch. in ſingul.in ver. filia num. 102. Gramm.deciſ. 57. num.14 15.30.40.

Elemoſina iſta an operetur quod dicantur competenter dotata vt excludatur per maſculos a ſtatuto Petr. de Vbald. de duob.fratr. par.x1.in princ num.17.in vol.6. pa.1. tract. 164. Bart.in l.titio centum § titio genero nu.8. ff. de cond. & demonſtr.

11 MONASTERIO IN QVO INTENDIT, &c. Monaſterium dicitur habitatio in vnum Alber.in diction. in ver. Monaſterium Quid autem monaſterij ingreſſus operetur quo ad hereditaria Specul. de Statut. monac. num.20.& Quid an ante profeſſionem aliquid pertineat ad monaſterium Dec.in cap. in preſentia num. 73. de probation.

Monaſterium an poſſit pro ingreſſu aliquid ab ingrediente petere vel

vel recipere Fely.in conf.38.num.4.6.

Moniales autem incapaces fubceffionis quæ fint vide Matefil. de fubceff. ab inteft. artic.3. nu.43. in vol.8.p.1. tract.332. Niccol. de Vbald. de fubceff. ab inteft. cler. par.2. num.8. cod. vol. 352.

12 *Omnibus alijs bonis tam pref. quam fut.*&c. In cap. 87. num.9.& per totum.

13 ET OMNI SPEI SVBCEDENDI, &c. Monafterium an vltra dotem receptam petat fubceffionem non obftante renunciatione Fufch. in fingul. in ver. filia num. 94. fed fi filia quæ renunciauit fimpliciter fiat poft mortem coniuncti monialis Gabriel. in Concl. in tit. de iure doct. concl.1. num.62. vide hic fupra nu. 10. & adducta hic in princ. & hic fequentia.

Subceffio quotuplex fit in cap.114 num.75. De pacto fuper fubceffione inter mafculos & fæminas ftante ftatuto an valeat Car. ad ftat. mediol. cap.278. num.99. vol.1. vide hic fupra in princ. prope finem De renunciatione iuri de futuro ex pacto Afflic. decif. 381. n.5. Alber. in Diction. in ver. Renunciatio iuris de futuro.

Monialis an fubcedat fine renunciatione fpecifica in bonis maternis vel fi fit dictum Plus petere non poffit Afflict. decif.348 num. 1.3 Alex. in conf. 222 num. 1. vol.6. Medic. de Nouatio. q.10. num.12 in vol.6. p.2. tract.402. Bald. in l. quoniam num.9 C. de inoff. teft. De dicta claufula Plus petere non poffit vide Bart.& DD. in l. quoties §. fi duo, ff. de hered. inftit. Bertac. in repert. in Clauf. teftam. in clauf. Plus petere & infra in cap.159. num. 41. poft med.

An fubcedat in bonis fratris a patre prouentis ftante dicta renunciatione Brun. de ftatut artic. 8. num. 77. in vol. 2. tract. 202. in vol.2. Com. opin. in ver. Renunciatio 270. Port. in conf. 142. num. 12. Guliel. de Bened. in cap. raynutius p.R verf. duas hab. fil. num. 250. de teftam. Alb. in conf.7. num.16. Dec. in conf.317. num. 5. & conf. 433. num. 5 & conf. 683. num 5. vide omnino Cagn. in l. hæreditas num.4.5. vbi etiam Dec. num. 7. ff. de reg. Guid. Pap. q. 231. num.1. Marant. in prax. difp. 10. num.16. vide hic fupra in fine princ. verfil. ad decif.178. Afflict num. 3. & Quid an fubcedat fratri in bonis a matre prouentis Dec. in conf. 229. num. 3.

An excludatur ftante renunciatione à bonis fororis vel à portione debita forori Roland. in conf.95. num.43.44. vol.1. Caftr. in conf. 252. Vifo puncto fuprafcripto vol.1.

An fubcedat in hereditate auunculi ftante dicta renunciatione Capic. in decif. 159. num.45.

Dicta renunciatio an intelligatur etiam ex teftamento & fic an ex teftamento poffit fubcedere Afc. clem. de Patr. pot. eff. 11. num. 31. in vol.8. par. 2. tract. 114. Brun. de ftatut. art. 8, num.28. in

vol. 2.

vol.2. tract.198. Socc iun. in l.stipulatio hoc modo num. 57. 98. vbi etiam Ias num.13 ff. de verb. oblig. Maranta in prax. Disput. 10 num.25. Paris. in cons.95. num.28. v.3. Dec.in l. patrem nu. 6. C. de collat. & in l. de questione num. 7. C. de pact. Rebuff. de Priuil. scol. priu. 76. num.3. in vol. 18. tract. 47. & an tam de iure ciuili quam pretorio hic infra nu.26.

Renunciari an possit subcessioni ex testamento Brun. de Statut. artic.8. num.29. in vol 2 tract. 198. Bart. in d. l.stipulatio hoc modo num.4 & ibi alij DD. ff. de verb. oblig.

An subcedat in donatione inter viuos non obstante d. renunciatione Afflict. decis.350 num.1.5.

Alia vide hic supra in princ. & infra nu. 27. 29.

14 *Constituta in præsentia, &c. Iud. eis, &c.* Hoc dicitur stante stat. Florentino vt hic supra in princ. Item quia an minor possit repudiare sine decreto vide adducta in cap. 137. nu. 1. Sed stante concilio tridentino requiritur præsentia Episcopi vel Vicarij vt in sess. 25. cap.16. Ad verbum Constituta vide in capit. 1. num.12.

15 *Cum consensu authoritate & decreto, &c.* Consensus quid sit & quotuplex & quid differat ab Autoritate in cap.73. num.8. in ca. 43. num. 55. in fine & quid differat a Decreto in cap. 130. num.9. Et de Decreto vide dicta in cap. 119. num. 66. in cap. 120. num. 18. & hic infra num. 46.

16 *In omnibus & singulis, &c.* In cap.63. num.66. in fine & nu.167.

17 SED ET LOCO MVNDVALDI, &c. In cap.1. nu 13. & hic supra in princ. De dictione sed in cap. 90. num. 34. De dictione etiam in cap.69 nu.26.

18 LEGIPTIME CERTIFICATA, &c. Quia Mulieres & Minores facillime seducuntur Bertaz. de Clausul. cla.7. glos.4. num.1 & in eis simplicitas præsumitur Gramat. decis. 76. num.7.8.10.11.17. vide dicta in cap 125. num.5.

An dicta filia debeat certiorari de beneficijs l.pactũ quod dotali C. de collat. vide ibi DD. & Guid. Pap. q.227. num.1 & quod non præsumatur certiorata nisi appareat Camb. de Clausul in cap. An poss. renu. ben. diuis. num. 17. in vol.18. tract. 489. Certioratio hæc quid debeat continere vltra beneficium d. l. pactum quod dotali vide Gramm. decis.101. num.78. Alia vide in cap. 1. num. 14.15. & hic infra num. 29.

19 *Tam à me not. quam ad D. Iudice, &c.* In cap. 1. num.14.

20 *De import. pres. contract, &c.* In cap. 1. num.14.16. & hic nu. 18.

21 *Et quid agebat, &c.* Quia scientia certa in omnibus actibus requiritur in cap.66. num.4 & in cap. 148. num.9.10

22 NON VI DOLO, &c In cap.1. num.17 18. cum seq. Quod d. Renunciatio præsumatur spontanea Coras. de Benef. cijs cap 18. num.11. in vol.15. p.2. tract. 289. maxime stante præsentia parentum

.tum vt hic nu. 30. & decreto iudicis, quæ faciunt cessare omnem metum & dolum Castr. in l. transactionem num. 1. 2. C. de transact. De decreto hic infra num. 46.

Renunciatio autem hec si fieret per metum vel per errorem quod non valeat vide in seq. num. 24. & Gramm. decis. 101. num. 52. & d. clausula non operatur vbi est dolus Gramm. decis. 76. nu. 16. 17. Boer in cons. 38. num. 5. Sed si adsit læsio hic infra num. 27. prope finem.

23 SED EX CERTA SCIENTIA, &c. In cap. 1. num. 21.

24 ET NON PER ERROREM, &c. De Renunciatione hac quando fit per errorem etiam vide hic num. 22. & de tali clausula in cap. 62. num. 7. Error autem an possit allegari quando adest Iuramentum Afflict. decis. 80. nu. 7.

Renunciatio hec facta per errorem quod non valeat Gram. decis. 101. num. 52. puta si filia putabat in bonis patris vel matris aliud sibi non competere de quo vide Gramm. in decis. 57. nu. 7. 8. cum seq. De Lesione autem vide hic num. 27 post med.

25 *Omni meliori modo &c.* in c. 1. num. 23.

26 *Asserens in effectu &c.* De assertione vide in c. 110. num. 26. De clausula in effectu in c. 67. num. 30. in fine in cap. 68. num. 15. ca. 102. num. 15.

27 DICTA SVA ELEM. ESSE CONTENT. &c. Elemosina quid sit hic supra nu. 10. de verbo contentam in c. 62. num. 28. Quod dicta filia dicens se esse contentam cum iuramento possit ita renunciare vide Bart. in l. qui superstitis num. 4. ff. de acqu. hæred. Franc. Sosben. de feud. par. 4. princ. nu. 53. in v. 10. p. 2. tract. 133. & hic infra num. 29 & supra in princ. & nu. 13.

Si facultates patris postea augerentur an possit augumentum petere Ias. in auth nouissima nu. 10. C. de inoff. test. & in l. si quando § il lud nu. 2. 3. C. eod. Ripa in c. cum M. Ferr. nu. 38. de constitut. Icē.

An contra talem renunciationem possit dicere de læsione latissime Gabriel. in conclus. in tit. de iure doct. concl. 1. Dec in consil. 180. nu. 1. 3. & in l. pactum nu. 8. C. de collatio. Soc. in cons. 263. nu. 2. v. 2 Alba in cons. 89 per totum Fusch. in sing. in ver. Renunciatio nu. 19 Maranta in prax. disput. 10. nu. 52. Paris. in cons. 26. nu. 71. in fine cum plur. seq. v. 3 sed vide eum d. Paris. in cons. 16. nu. 73. 74. vol. 2 Gramm. decis. 101. nu. 17. 31. 73 & 105. & decis. 103. nu. 49. Castr. in cons. 174. contra superius v. 1 in v. 2. comm. opin. in ver. Renuntiatio filiæ mihi 270. cum seq. Alia vide hic nu. 29. & nu. 24 Item si adfuisset dolus hic supra nu. 22. in fine.

Quod pater inuita possit in dotem dare plus vni filiæ quam alteri vide in decis. 2. pag. 1 lib. 16. motiu florent. Dec. in cons. 26. diligenter nu. 2 Alex. cons. 121. v. 6. Fusch. in singul. in ver. filia n. 89.

Quid ingredienti monasterium an pater possit minorem dotem con-

constituere quam nubenti Io. Dilect. de arte test. tit. 6. caut. 64. nu. 2. in v. 8. p. 1. tract. 135. late in v. 1. commun. opin. in ver. filiæ relinquens 426. col. 1. Vrsill. ad decis. 348. Afflict. num. 2. Campegg. de dote p. 1. q. 30. vol. 9. tract. a 279.

28 ET EA DEMVM SOLVTA ET NON ALITER &c. Si hęc clausula non adesset quomodo intelligeretur dicta renunciatio Castr. in l. cum mota nu. 5. C. de transact. considera dicta Dini in c. frustra ne regul. iur. vide dicta in c. 139. nu. 39.

De dictione demum in cap. 114. nu. 85. De dictione non aliter in c. 89. num. 85.

29 RENVNCIAVIT ET RENVNC. &c. HERED. &c. Renunciatio est rei vel iuris spontanea refutatio Spec. de pact. in princ. num. 6. de renunciatione hæreditati non dum delate vide in cap. 137. num. 10. Renunciatio quid differat a pacto Roland. de lucro dot. q. 39. nu. 23. in v. 9. tract. 367. & hic infra nu. 34.

Renunciatio hæc quod valeat cum iuramento & quid sine eo stãte l. pactum dotali vbi DD. C. de collat. Melch. Paleaz. de maior. p. 2. q. 3. nu. 3. in v. 10. p. 1. tract. 417. Garzia de vlt. fin. iur. cano. & ciuil. nu. 296. in v. 1. tract. 122. Natam de pact. p. 1. num. 10. v. 6. p. 2. tract. 30. hic supra in princ. & nu. 13. 18. & 27. Paris. in cons. 26. num. 94. v. 3. De dicta filia non obstante renunciatione petere an possit subcessionem Castr. in cons. 305. notandum est nu. 1. v. 2. & cons. 460 viso puncto nu. 1. v. 2. uide hic supra in princ. & nu. 13. 27. & infra nu. 33.

Quid an possit in integrum restitui Nicol. Vall. de reb. dub. in tit. sẽtent. aliq. q. 6. nu. 6. in v. 18. tract. 344. & hic nu. 27.

Quod renunciatio prædicta habeat tacitam conditionem si dd. hæreditates deferãtur Capic. decis. 159. nu. 14.

Renunciatio prædicta an comprehendat subcessionem tam de iure ciuili quam prætorio Alex. in l. suum num. 3. C. de iur. deliber. & an tam ex testamento quam ab intestato hic supra nu. 13.

Quid si clam coram notario & coniunctis fuisset protestata se non sponte renunciaturam Io. Dilect. de art. test. tit. 11. caut. 19. nu. 3. in v. 8. p. 1. tract. 145. uide hic nu. 30.

Renunciatio hæc quod habeat vim donationis Paris. in consil. 65. nu. 57. v. 3. & cons. 26. nu. 58. uolum. 3. & an egeat insinuatione Ant. de Can. de insinuatione par. 2. priuc. q. 1. nume. 21. in fine in volum 6. p. 2. tract. 278. Alex. in consil. 137 num. 28. volum. 2. Paris. in consil. 26. num. 58. cum sequ. volum. 3. Afflict. de iur. proth. in princ. legis num. 30. in uol. 17. tract. 6. uide infra num. 34. vide supra in med. princ.

Quid si dicta filia renunciat absque ingressu monasterij & suscipiat filios an dicta renunciatio reuocetur Alex. in cons. 29. n. 16. uol. 3. Paris. in cons. 69. n. 98. cum seq. v. 3. vide hic supra in fine princ. ante. n. 1.

Si

Si pater vel mater postea conuolarent ad secunda vota an dicta renunciatio obstet Guid Pap.q.228.num.1.Dec.consf.396 num.2.3.Roland.in consil.95.nu.36.40.vol.1.Port.in consil 142.nu.11. Alia vide hic supra nu.13.

30 DE CONSENSV DD. PARENT. &c Interuentus parentum & amicorum facit cessare metum vel dolum Cast in l.transactio. num.1.2.C.de transactio.Quid renunciatio hæc an sine consensu parentum valeat vel si fiat metu reuerentiali.Natan.de pact.nu.41.42.in v.6.p.2.tract.32. Redoan. de Simonia p.2.c.20.num.3. in volum.15 p.2.tract a 71.Durant.de arte test.caut.10. num.2. in v.8.par.1.tract.114.D D in l.pactum quod dotali & l. fin.C.de pact.Io.Guttier.de contract.iur.cap.42. num.1.2.in v.6.p 2.tra. 88.Ricch.de vnit.prol.cap.7.num.8 in vol 6.p.1.tract. a 23. vide hic num. 29. in med. Matris etiam præsentia requiritur Crau. in consil.42.num.5.& cons.127 num.5.Port.in cons.126.nume.11.12.Fusch.in singul.in ver filia num.91.& nume.97.DD.in d.l. fin. C.pe pact.

Consensus quid sit in cap.1.num.13.cap.43.num 55.in fine cap.73. nume. 8.

31 PRESENTIVM &c. Vide hic in præced.num. 30. Si pater recipiat talem renunciationem pro se & suis hæredibus an filia possit subcedere Riminal.in cons.249.n.12.17.v.2. Marant.in prax. disp.10.nu.14 vide dicta hic infra nu. 33.

32 QVIA INTENTIO SVA &c. Intentio est propositum seu voluntas aliquid faciendi c.i.de iur.iur.in 6. & cognoscitur ex qualitate dispositionis Bald.in l.non codicillum nu.1.C. de testam.

Hoc enim dicitur quia in contractibus intentio semper est inspiciẽda l.in conuentionalibus ff.de verb oblig. Petr. sanct. de assecur. merc.cap.3.nu.27.in v.6.p.1.tract.351. & plus operatur expressa quam tacita Redoan de reb.eccl.non alie.rub.18.nu. 88 in v. 15.p. 2.tract. 423. Quia intentio est imperatrix verborum & declaratur vel verbis vel factis c.in actione de penitent.dist. 1. c.is autem 22.q.2.Medic.de fortuit cas.p.1.q.1.num.1.2.& in dubio ea præsumitur quæ ex verbis colligitur Roland in cons.31. num. 17.v.4 vide dicta in c.73 nu.5.

Proprie tamen solus Deus est scrutator intẽtionis d.c.in actione de penit.dist.prima Menoc.de arbitr.iud.q.70.n.8.9.Intentio etiam aliquando colligitur ex narratis Roland.in cons.41.n.15.v.3.

33 VT BONA PREDICTA RESTENT SVBCESSORIBVS,&c. Hæc causa præsumitur etiam si de ea non fuisset dictũ & si ea cesset an cesset renunciatio Alex.in consil.29. nu. 9. & per totum v.3.Cast. in l.pactum num.6.C.de collat.Roland.in cons. 26.nu.32.cum seq.v.3.Vrsill.ad decis.161.Afflict.num.5. Paris.in cons.3.nu.27.28.v.2. Dec.in d.l.pactum nu.9.C.de collact.Rom.

in conf.22.nu.3.Crau.de antiq.temp.p.4.num.131.in v. 17.trac. 156. Guliel. de Bened. in cap. Raynutius par. 1. verf. Duas hab. filias num.297.Fusch.in fingul.in ver.filia nu.92.num: 103. & in ver. renunciatio nu.22.Maranta in prax.disp.10.num.15.39.Strac. in addit.ad conf.42.Crau.nu.3.5.Capic.decif.191.nu.1. 2. per totum Pinus in conf.69.num.11 14.vide dicta hic fupra nu 31.

Si mafculi nollent fubcedere an dicta renũciatio operetur Marant. in prax.disp.10.nu.15.Vel fi filie fœmine tantum fupereffent tẽpore mortis vide Alex.in conf.29 per totum vol.3. Dec. in conf. 433.nu.2.& conf.506.nu.2.& conf.553.num. 9. Stracc.in add.ad conf.41.Crau.nu 4.

Quid fi pater alios extraneos hæredes inftitueret an dicta renunciatio obftet vide prædicta & Fufch. in fingul. in ver. filia nume. 88. ubi citat Bald.in l.pactum nume.14. C. de collat. Aret.in confil. 91. Stracc. in addit. ad confil. 42. Crau. nume. 5. vide hic fupra numero 31.

34 ET IDEO PROMISIT &c.Aliud eft renunciare aliud promittere aliud confentire Caccialup de pact.q.3.num.2.in vol.6.p.1. trac.8.Renunciatio autem ifta an habeat vim pacti Aret.in conf. 91.& vide hic fupra nu.29.in princ.

35 *Omnibus hab.intereffe &c.*vide in c.58.nu. 7.

36 *Et mihi not.&c.*in c.58.nu.6.

37 *Vllo unquam tempore &c.*in c.131. nu. 42.

38 *Per fe vel alium &c.*in c.88.nu.19.c.63. nu. 195.

39 *Directe vel indirecte &c.*in c.62. num. 38. & in diuerfis de prædictis verbis in c.151.nu. 53.

40 *Dicta bona non petere &c.* De pacto de non petendo in capitul. 60.num.29.

41 ALIQVO PRETEXTV VEL CAVSA &c. Ideft fub aliquo velamine vel colore l.qui fub prætextu vbi glof. 1. C. de facrof. ecclef.Ripa in l.admonend.nu.38.de iur.iur.l.prætextu C.commod.vide dicta in c.63.nu.129.cap.62.num.37.& dicta hic fupra in princ.& nu.13.29 33.

42 *Quæ omnia &c.*Hanc & alias fequentes claufulas vide remiffiue in c 63.a nu.186 vfque in finem.

43 IVRANS &c. Hoc iuramentum roborat hanc renunciationem fed eam non ampliat Bald.in l.& plures num 3.C.de cond.infer. & in § nos autem nume.31.Inft.de attil. tut. ficuti Confirmatio non ampliat in c 110 n.25.in med.Quid an renunciatio hæc fine tali iuramento valeat vide hic fupra in princ.& n.29.& faciũt dicta Gramm.in decif 76.num. 18. 19. & ob id hodie non effe magni effectus In cõtractibus dicit Carp. ad fta. me.c.453 n.85.v.1.

De muliere iurante vide dicta Cagn.in l.fi quis maior nu.10.14. C. de transact.Gramm.in decif.76.nu.11.cum feq.

De

De materia & efficacia iuramenti tractant in auth. sacramenta puberum C. si aduers. vend. vbi Vmber. de Bouen. Corsett. de iuramento & eius priuileg. Marc. Ant. Bauer. de iuram. virt. in vol. 4. tract. 359. 364. Io. Guttier. de contract iur. in v. 6. p. 2. tract. 35. Io. de Selu. de iur. iur. in v. 4. tract. 347. Carp. ad stat. medio. cap. 453 per totum v. 1. vide dict. aliqua in c. 86. nu. 43. 44. & de aliquibus effectibus iuramenti Aret. in §. item si quis il 2. nu 1. Inst. de actio. pulchre & late Bald. in l. 2. ff. de iur. iur.

Iuramētum minoris quod eum faciat haberi pro maiore & habeat vim certiorationis vide in v. 1. comm. opin. in uer. iuramentum a 610. Quid an tollat beneficiū restitutionis in integrum tam minori quam in muliere etiam quod non fuerit certiorata Bertaz. in l. si quis maior. nume. 713. 714. C. de transact. Carp. ad stat. med. cap. 453. nume. 122. 123. cum sequ. volum. 1. Gramm. decis. 76. nu. 11.

Iuramentum autem quibus prosit Aret. in §. item si quis il 2. num. 3. Inst. de actio.

44 *Quibus omnibus &c.* In c. 70 nu. 2. in c. 63. nu. 167.

45 *Dict. D. iud. auth &c.* In c. 76. nu. 52. & hic supra nu. 15.

46 ET DECRETVM &c. Decretum est quædam permissio & habilitatio seu cōfirmatio actus Redoan. de reb. eccl. non alien. cas. 2. nu. 9. in v. 15. p. 2. tract. 440. late Simoncell. de Decret. in præfat. nu. 2. in v. 6. p. 2. tract. 284. Decretum autem Quotuplex dicatur Ias. in l. nequicquam nu. 1 ff. de off. proconsul. & leg. & ibi Bald. in § vbi decretum nu. 1. Guid. Pap. de Pimo & sec. decreto num. 1. in v 3. p. 2. tract. 139. Simoncel. de Decret. in præfat. nu. 3. in v. 6. p. 2. tract 284.

Decretum an interponatur ante vel post actum an in ipso actu variæ sunt opiniones Gondisall. Viadegg. de Lega. q. 11. nu. 5. in vol. 13. p. 2. tract. 269. Crau. de Indemn. mulier. n. 31. in v. 6. p. 2. trac. 286 Redoan. de Reb. eccl. non al. rubr. 30. cas. 1. nu. 4. in v. 15. p. 2. tract. 444 Ias. in l. moribus §. prius num. 14. ff. de vulg. & pupill. Alexand. in l. sciendum nume. 27. 28. de ff. verbor. obligat. Sed quod decretum interpositum ante quod non faciat præsumere omnia solemniter acta Simoncel. de Decr. in præfat. nu. 32. in v. 6 p. 2 tract. 286. Alex. in l. sciendum nu. 27 28. ff. de verb oblig.

Consensus autem an ante vel in ipso actu debeat interuenire Ias. in l. si quis mihi bona §. iussum nu. 43. cum seq. ff. de acq. hæred.

Decretum quod tollat omnem præsumptionem doli fraudis vel metus Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 7. insp. 3. nu. 45. 46. in vol. 6. p. 2. tract. 318. Fab. de Mont. de empt. & vend. q. 5. princ. nu. 102. 103. in v. 6. p. 1. tract. 57. & facit præsumere ex iusta causa fuisse interpositum late Fely. in suo repert. in ver. decretum iudicis.

An faciat cessare restitutionem in integrum Simonc. de Decret. lib. 3. tit.

3.tit.7.inspect.1.nu.10.in vol.6 p.2.tract.316. Iaf.in auth. sacramenta puberum nu 2.cum seq C.si aduers.vend.

Decretum vt valeat quæ requirantur latissime Simonc. de Decret. lib.1.tit.1 cum plur.seq.in v.6 p.2.tract.290. cum seq.

Præsentia sola iudicis an habeatur pro decreto Bald.in l.1. nu. 3.C. de præd.curial.lib.10.

Alia de decreto vide in c.76.nu.52.& in diuersis terminis in c. 119. num.66.& in c.120.nu.18.& quid differat à cosensu vel ab authoritate in c.73.nu.8 & in c.130.nu. 9.& quotuplex sit consensus in c.43.num.55.in fine.

Finis huius secundi voluminis Primæ Partis
Ad Laudem Dei & Gloriosissimæ.
Immaculatæ Viriginis.

Tertium autem Volumen dictus Auctor in lucem dabit quamprimum.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm
Nn Oo Pp.

INDEX VOLVMINIS SECVNDI PRIMAE PARTIS.

LAVREAE FORMVLARII COPIOSAE, ET EXACTAE COLLECTVS.

A



. vide in capit.104. n:40.ca.155. n.7.
Ab.in c. 112.n.22.
Ab hac die in c. 72: n.10 in c.109. nu. 40.in c.110.n.23.
Ab hinc in cap.112. nu.22.in fine
Ab inde eod.
Absens Arbiter quando dicatur in cap.141.num.27.
Absentibus vel præsentibus partibus c.140. n.42.
Abstinere ab hereditate cap. 137. num. 19.
Ac.cap.111.n.15.
Acceptatio literarum V. Literarum acceptatio.
Accipere quid differat a capere V. Capere.
Accollatio societatis cap.139.per totum.
Acta quæ sint vel dicantur c.156. num.36.
Actiones directæ an veniant in Cessione vide Cæssio
Actiones quæ confundantur per adhitionem in cap.134.num.5.
Actoris bona an sint obligata pupillo cap.119.num.56.
Actor an teneatur ad confectionẽ inuentarij cap.120.nu.8.in fine cap.125.num.34.
Actoria c.125. per totum.
Actoria an concedatur si tutor nullum habet impedimentum cap.125.nu. 4.
Actoria an constituatur cum decreto ca.125.nu 7.& an præsumatur constituta causa cognita eod.
Actor constituitur,& administrat periculo constituentium capit. 125.num. 8.
Actor quotuplicitet constituatur cap.125. num.9.
Actor constitutus a tutore vna cum pupillo an reuocetur a Tutore solo cap.125.num.11,
Actor debet agendo producere tutelam & actoriam cap. 125. post num.14.
Actori quæ possint opponi capit. 125.num.12.
Actor est voluntarius non necessarius cap.125.num.18.
Actor debet vtilia facere & inutilia prætermictere & si instantia pereat an teneatur ca. 125. num.30.
Item rationẽ reddere eod. n.34.

Actus legiptimi qui dicantur ca. 114. nu. 35.
Ad in cap. 150. num. 17.
Ad dandam tenutam c. 145. n. 27.
Addens dicitur nouum actum facere cap, 124. num. 10.
Additio Inuentarij cap. 124.
Ad effectum cap. 102. il 2. nu. 15.
Adhesio quando prosit cap. 154. nu. 36. in fine.
Adhitio quid sit vide Hereditatis adhitio:
Adhitio hereditatis per Tutorem Attilianum cap. 121. vide Tutor adhit.
Adhitio ex quibus actibus inducatur cap. 136. num. 13. in fine sed vide eod. num. 2.
Adhitio hæreditatis quæ comoda & incomoda tribuat cap. 134. num. 14.
Adicere creditori quid sit capit. 147. num. 7.
Adimplere ex parte sua quilibet debet vide Obferens
Ad instantiam cap. 100. num. 6.
Adiudicare quid sit cap. 145 nu. 14. cap. 147. nu. 7. & an veniat sub retractu eod.
Adiudicare pertinet ad iudicia diuisoria cap. 145. nu. 14.
Adiudicatio in solutum per laudum quando valeat capit. 147. per totum & nu 7.
Adiudicatio fit quando debitor non habet vnde soluat ca. 147. num. 3.
Adiudicatio Iudicialis quid differat ab extraiudiciali ca. 147. num. 7.
Adiudicatio per laudum an transferat dominium ca. 147. nu. 7. & [illegible] possi retractari eod.
[illegible] facta sine rei extimatione quomodo intelligatur c. 147. num. 18.
Ad iudicatio facta plus debito an vitietur in totum ca. 147. nu. 18.
Adiudicatione facta non licet re reluere nisi ex pacto c. 147. n. 27
Ad iudicatio liberat debitorem c. 147. num. 40.
Admictatur ad actus legiptimos cap. 114. nu. 36.
Admonitio vide Monitio
Adoptio cap. 117. & quid sit eod. num. 13.
Adoptari an possit infans ca. 117. num. 3.
Adoptantis & adoptandi an requiratur presentia cap. 117. n. 6
Quid an & consensus eod. n. 15
Adoptio an fiat per procuratorẽ cap. 117. num. 6.
Adoptio fit coram competenti iudice cap. 117. nu. 7. & an coram notario vel iudice delegato eod & coram ordinario eod.
Adoptio an fiat tempore feriato eod. num 8.
